

Diplomatari de la Parròquia de Sant Cebrià de Valldoreix II (1454-1622)

Seminari permanent de Paleografia

Responsable i coordinador: Avel·lí André i Gabian

Membres del Seminari: Àngel Martínez, Araceli Coll, Carles Raurell, Josep Climent, Enric Ximenis, Dolors Buxó, Ferran Manau, Isabel Lobo, Josep M.^a Bosch, Pedro Plaza, Marta Planas, Miquel Domingo, Pilar García, Puri Fernández, Raimon Jordi i Rosa Salvadó, Maria dels Àngels López i Tomasa Mayordomo

Resum: El present estudi se centra en la transcripció de la documentació de la parròquia de Sant Cebrià de Valldoreix, entre 1454 i 1622.

Paraules clau: Parròquia de Sant Cebrià, Valldoreix, paleografia, diplomatari.

Resumen: El presente estudio se centra en la transcripción de la documentación de la parroquia de San Cebrià de Valldoreix, entre 1454 i 1622.

Palabras clave: Parroquia de San Cebrià, Valldoreix, paleografía, diplomatario.

Abstract: The present study focuses on the transcription of documents of Sant Cebrià de Valldoreix' parish, between 1454 and 1622.

Keywords: Parish of Sant Cebrià, Valldoreix, paleography, diplomatarium.

Résumé: Cette étude porte sur la transcription de la documentation de la paroisse de Sant Cebrià de Valldoreix, entre 1454 et 1622.

Mots clés: Paroisse de Sant Cebrià, Valldoreix, paléographie, diplomataire.

El segon i actual projecte del Seminari Permanent de Paleografia s'inicia el setembre de 2011, coincidint amb el començament del curs 2011-2012. És precisament a finals del curs 2010-2011, després de més de cinc anys de treballar sobre una mateixa col·lecció de manuscrits (l'Arxiu Patrimonial del Mas Bulló) i, especialment, sobre una ubicació geogràfica determinada (Osona), quan es decideix passar a un segon projecte, relacionat amb una àrea geogràfica diferent (Vallès) i amb un volum de documents més assequible. Es tracta de l'Arxiu Parroquial de Sant Cebrià de Valldoreix (APSCV), amb només una trentena de manuscrits, dels quals, en l'anterior número doble 25-26 (2012/2013) de Paratge, ja s'hi publicava l'**APSCV-I** amb els 17 documents primers d'aquesta nova sèrie.

L'objectiu ara és l'estudi, anàlisi i transcripció de la col·lecció d'una trentena de manuscrits, en pergamí, de l'Arxiu Parroquial de Sant Cebrià de Valldoreix (APSCV). En aquest cas, no es partia de zero, sinó que ja hi havia una digitalització i un breu estudi general de catalogació, publicat per Juanjo Cortés, el 1999, al primer número de la revista "Valldaurex" de Valldoreix.

La datació dels pergamins abasta una llarga etapa de 6 segles (1047-1622), amb una distribució, això sí, força desigual: 19 dels 30 documents (els dos terços) són del S. XV; l'únic manuscrit del S. XI és una còpia de 1565 i els següents cronològicament són 4 pergamins del S. XIV, amb absència total de documents dels SS. XII i XIII. Els 6 documents restants corresponen, a parts iguals, 3 al S. XVI i 3 al S. XVII.

APSCV-I (1047-1447)*

En aquest primer període de treball, que s'estén, bàsicament al llarg de tot el curs 2011-2012, es completa l'estudi, anàlisi, transcripció i comprensió, així com la preparació i posada a punt d'ésser publicats a l'anterior número 25-26 de Paratge, els 17 primers manuscrits, els quals arriben fins al 1447, és a dir, l'equador del S. XV.

La temàtica dels documents és la següent: 6 són èpoques o reconeixements de recepció de pagaments, fets, la meitat en concepte de dot i un altre sota sentència judicial; 5 tracten de compra-ventes, en una de les quals (any 1425, doc. 11) s'hi especifica que es va fer per subhasta al millor postor després d'exposició pública durant un mínim de 30 dies, segons costum de Sant Cugat; 2 establiments; 2 testaments; 1 donació i 1 consagració d'església (la de Sant Cebrià de Valldoreix).

De les persones que hi apareixen, es poden destacar: Francesca Boter, del mas "els Pelechs" de Sant Joan Samora, la qual es casa (1412), en primeres núpcies, amb Pere Ferrer, de Sant Cugat, i, 19 anys després (1431), amb Bartomeu de Campderròs, també de Sant Cugat. Des d'aleshores, aquest Bartomeu de Campderròs és protagonista d'una mitja dotzena de documents, pagant deutes del primer marit de Francesca (en un dels casos obligat per sentència judicial) o comprant terres i algun censal.

Dignes d'ésser destacats són també els docs. 6 i 15 per la seva referència al mas de Serrabona, nom més antic del que seria el mas de Montmany, noms tots dos amb ressonàncies orogràfiques i descriptives de la remarcable qualitat i quantitat del terreny. Tots els 17 manuscrits són originals, llevat del doc. 1, que és una còpia de més de cinc segles posterior, i del doc. 7, que es tracta d'un trasllat de prop de dos anys més tard només.

APSCV-II (1454-1622)

Els 13 manuscrits restants de la col·lecció APSCV s'acaben de treballar en aquest segon i immediatament precedent període de sessions paleogràfiques i diplomàtiques.

* Aquesta introducció es va ometre involuntàriament en l'anterior número 25-26.

L'etapa que ocupen és de 168 anys, però ho fan d'una manera força irregular: els set primers documents pertanyen a la segona meitat del S. XV, els tres següents ocupen tot el S. XVI i els tres últims cobreixen escassament el primer quart del S. XVII.

El darrer document de la col·lecció és de l'any 1622 i té dues peculiaritats, a banda dels aspectes formals diplomàtics remarcats en l'edició del document sobre tintes i decoració: està escrit en castellà i conté l'autorització del Provincial d'Aragó dels PP. Predicadors per a fundar una Confraria del Roser a la parròquia de Sant Cebrià de Valldoreix.

També és de temàtica especial el doc. núm. 20, ja que tracta sobre una reclamació feta per un monjo de Sant Cugat a fi que la comunitat del monestir acati la promoció d'aquest monjo a una dignitat eclesiàstica continguda en butlla papal.

Els temes de la resta de documents són els habituals: Vendes (4), establiments (3, dels quals 2 són confirmacions per refacció de títol), testaments (2, però 1 és en extracte), època (1) i creació aniversari (1).

MANUSCRIT 18

1454, gener, 13

Pere Joan Desmàs ven, per onze sous barcelonesos, a Bartomeu de Campderrós, tots dos de Sant Cugat del Vallès, una peça de terra, en part erma i en part de conreu, situada al lloc anomenat A Calabuig, a la parròquia de Sant Cebrià de Valldoreix, sota domini de l'església de dita parròquia (v. doc. 19).

A Original: APSCV, doc. 18. Pergamí, 304 × 519 mm.

Estat de conservació: Bo.

Not. dors.: Venda de vna pessa de terra feta per Pere Johan des Mas de Sant Cugat de Valles a Barthomeu Campderos situada a la parroquia de Sant Cipria de Valldorex en lo loch anomanat a Calabuig la qual feta per lo rector de Valldorex pagant lo delma y primicia a dit rector.

¹ In Dei nomine. Nouerint vniuersi, quod ego, Petrus Iohannes *de-s Mas*, de villa Sancti Cucuffatis Vallencis. Gratis et ex certa scientia, per me et omnes heredes et successores meos quoscumque, vendo et, ex causa vendicionis, con[cedo] vobis, Bartholomeo de ² Campderos, dicte ville Sancti Cucuffatis, et vestris et quibus velitis, perpetuo, quandam peciam terre, partim eremam et partim cultiuatam, cum introhitibus et exitibus, iuribus et pertinenciis suis, quam ego habeo et possideo in parrochia Sancti Cipriani de Valldoreix et in loco vocato *A Calabuig*. Et tenetur per ecclesiam Sancti Cipriani de Valldoreix et per eius rectorem, ad decimam spiritualem et primiciam dandam et soluendam de omnibus fructibus panis et vini ex dicta pecia terre exeun- ⁴ tibus, et sub dominio et alodio suo. Et terminatur: ab oriente, in tenedone *de-n Parallades*; a meridie, cum honore Iacobi Tintorerii, de manso Clotes, de dicta parrochia Sancti Cipriani de Valldoreix; ab occidente, cum honore Gasparis ⁵ Corts, de villa Sancti Cucuffatis; et, a circio, cum honore dicti Gasparis Corts. Hanc, autem, vendicionem et, ex causa vendicionis, concessionem facio ego, dictus Petrus Iohannes *de-s Mas*, vobis, dicto Bartholomeo de Campderos, et vestris, de predictis ⁶ omnibus et singulis, sicuti melius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque saluamentum et bonum intellectum. Extrahens predicta omnia et singula, que vobis et vestris supra vendo et concedo, de posse, iure et dominio mei et meorum. Eademque ⁷ omnia et singula supradicta in vestrum vestrorumque ius, dominium et posse mitto et transfero, irreuocabiliter, pleno iure, inducens vos et vestros, de predictis omnibus et singulis, in plenam et corporalem possessionem, seu quasi, ad habendum, tenendum omnique ⁸ tempore in sana pace, perpetuo, possidendum et ad faciendum inde vestre libitum voluntatis. Preterea, ex causa huiusmodi vendicionis, do, cedo et mando vobis et vestris et quibus volueritis, perpetuo,

omnia loca mea, iura vocesque, acciones reales ^{/9} et personales, viles et directas siue etiam mixtas, ordinarias et extraordinarias et omnes alias quas[cumque in hiis] competentes et competencia, pertinentes et pertinencia, spectantes et spectancia, pertinere debentes et debencia, in predictis ^{/10} omnibus et singulis, que vobis et vestris supra vendo et concedo, et contra quascumque personas et res, racione et occasione eorum. Quibus locis, iuribus, vocibus et accionibus meis iam dictis possitis vos et vestri et quos volueritis, perpetuo, vti, agere ^{/11} et experiri, agendo, videlicet, respondendo, deffendendo, excipiendo, proponendo et replicando, duplicando, triplicando et vltra et omnia et singula faciendo, in iudicio et extra iudicium, in curia et extra curiam, quecumque et quemadmodum ^{/12} ego facere possem, ante presentem vendicionem et iurium cessionem, et possem, nunc et etiam postea quandocumue, suo casu. Ego, enim, facio et constituo vos et vestros in hiis dominos et procuratores, vt in rem vestram propriam, ad faciendas ^{/13} inde vestras in omnibus libere voluntates. Sine obstaculo, contradiccione et impedimento mei et meorum et [alterius] cuiuscumque persone. Salvo, tamen, in predictis, dicta decima spirituali et primicia, iure, dominio, firma et faticha triginta ^{/14} dierum dicte ecclesie Sancti Cipriani de Valldoreix et eius rectori, nomine eiusdem. Pro precio, vero, predictorum, [que] vobis supra vendo, habui et recepi a vobis et confiteor me a vobis habuisse et recepisse vndecim solidos, monete Barchinonensis de terno. ^{/15} Et, ideo, renunciando excepcioni peccunie non numerate et precii iam dicti non habiti et non recepti et de[biti et acc]ioni in factum et legi, qua subuenit deceptis vltra dimidiam iusti precii, et omni alii iuri, racioni et consuetudini contra hec ^{/16} repugnantibus. Dando et remittendo, donacione pura, perfecta et irreuocabili inter viuos, si quid predicta, que vobis supra vendo et concedo, plus modo valent aut valebunt de cetero precio ante dicto. Insuper, conuenio et pro- ^{/17} mitto vobis, dicto emptori, et vestris quod predicta omnia et singula, que vobis supra vendo et concedo, fac[iam vos e]t vestros et quos volueritis, perpetuo, habere, tenere et in sana pace, perpetuo, possidere, contra omnes personas, et [quod tenebor] ^{/18} vobis et vestris semper de firma et legali euiccione eorundem et de restitutione dampnorum, missionum [et expe]nsarum littis et extra, secundum iura, et quod seruabo vos et vestros penitus sine dampno. Et, pro hiis complendis [et atten-] ^{/19} dendis, tenendis et obseruandis, obligo vobis et vestris omnia bona mea, mobilia et immobilia, habit[a et hab]enda. Renuncians, quantum ad hec, omni iuri, racioni et consuetudini contra hec repugnantibus. Et, vt [predicta] omnia ^{/20} et singula maiorem vim obtineant et maiori etiam gaudeant firmitate, iuro, sponte, in animam meam, per Dominum Deum et eius Sancta quatuor Euangelia, manibus meis corporaliter tacta, predicta omnia et singula ^{/21} attendere et complere, tenere et inuiolabiliter obseruare et non contra facere vel venire, iure aliquo, causa vel etiam racione. Hec, igitur, omnia et singula supra dicta, prout dicta sunt superius et expressata, facio, paciscor et ^{/22} promitto ego, dictus Petrus Iohannes *de-s Mas*, venditor predictus, vobis, dicto Bartholomeo de Campderos, emptori predicto, et vestris necnon et notario infrascripto, tanquam publice persone, pro vobis et vestris et pro [personis] ^{/23} omnibus, quarum interest et intererit, recipienti et paciscenti ac etiam legitime stipulanti.

Actum est hoc in villa Sancti Cucuffatis Vallencis, terciadecima die mensis Ianuarii, anno a Natiuitate Domini millesimo quadragentesimo ^{/24} quinquagesimo quarto.

S+num Petri Iohannis *de-s Mas*, venditoris predicti, qui hec laudo, concedo, firmo et iuro.

^{/25} Testes huius rei sunt: Petrus Serra et Petrus Sans, de villa Sancti Cucuffatis Vallencis.

^{/26} Ego, [... ...] Domenec, presbiter, rector ecclesie Sancti Cipriani Vallis Dore[ix], firmo predicta, racione domini, iuribus dicte ecclesie in omnibus semper saluis.

^{/27} Sig[signe]num Petri Stornell, auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominacionem illustri[ssimi domini] regis Aragonum, qui premissis presens interfuit eaque scripsit et clausit.

MANUSCRIT 19

1454, maig, 1

Pere Joan Desmàs emet àpoca a favor de Bartomeu de Campderrós, tots dos de Sant Cugat del Vallès, per haver rebut d'aquest onze sous barcelonesos per la venda d'una peça de terra, en part erma i en part de conreu, situada al lloc anomenat A Calabuig, a la parròquia de Sant Cebrià de Valldoreix, sota domini de l'església de dita parròquia (v. doc. 18).

A Original: APSCV, doc. 19. Pergamí, 191 × 280 mm.

Estat de conservació: Bo. Pergamí molt fi i amb petits forats.

Not. dors.: Apocha de per Joan de-s Mas situada en A Calabuig.

¹ Sit omnibus notum quod ego, Petrus Iohannes *de-s Mas*, de villa Sancti Cucuffatis Vallencis, confiteor et recognosco vobis, ² Bartholomeo Campderos, dicte ville, quod soluistis michi, ad meam voluntatem, omnes illos vndecim solidos, monete Barchinonensis de ³ terno, pro quibus siue quorum precio ego vendidi vobis et vestris et quibus volueritis, perpetuo, quandam peciam terre, partim ⁴ heremam et partim cultiatam, cum introitibus et exitibus, iuribus et pertinenciis suis; quam ego habebam et possidebam ⁵ in parrochia Sancti Cipriani de Valldoreix, in loco vocato *A Calabuig*; et tenebam, prout nunc tenetur, per ecclesiam Sancti ⁶ Cipriani de Valldoreix et per eius rectorem, ad decimam spiritualem dandam et soluendam de omnibus fructibus panis et ⁷ vini ex dicta pecia terre exeuntibus; et sub dominio et alodio suo, prout de ipsa vendicione plene constat per publicum ⁸ instrumentum actum in villa Sancti Cucuffatis Vallencis, quarta decima die ianuarii, anno presenti et infrascripto, in posse ⁹ Petri Stornell, notarii infrascripti, confectum. Et, ideo, renunciando excepcioni peccunie non numerate et non solute et ¹⁰ doli mali et accioni in factum et omni alii iuri, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus, ffacio vobis, de pre- ¹¹ dictis vndecim solidis precii dicte pecie terre, vt predictur, solutis, presens apoche instrumentum, per notarium infrascriptum, in ¹² testimonium premissorum. Laudans, approbans, ratifficans et confirmans possessionem, quam de ipsa pecia terre, de volun- ¹³ tate mea, adeptus fuistis; volens ipsam valere tantum quantum si per me vobis tradita fuisset corporaliter et de facto.

¹⁴ Actum est hoc in villa Sancti Cucuffatis Vallencis, prima die mensis madii, anno a Natiuitate Domini millesimo quadrin- ¹⁵ gesimo quinquagesimo quarto.

S+num Petri Iohannis *de-s Mas*, predicti, qui hec laudo et firmo.

¹⁶ Testes huius rei sunt: Bartholomeus Cocha et Bartholomeus Omar ac Anthonius ¹⁷ Padranos, de villa Sancti Cucuffatis Vallencis.

¹⁸ Sig(*signe*)num Petri Stornell, auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominacionem illustrissimi domini regis ¹⁹ Aragonum, qui premissis interfuit eaque scripsit et clausit.

MANUSCRIT 20

1460, octubre, 18

Fra Francesc Virgili, cambrer del monestir de Sant Miquel de Fluvià i monjo del de Sant Cugat del Vallès, després d'obtenir, per butlla papal, el benifet de Sant Bartomeu i la mongia, dins el seu monestir de Sant Cugat, i, un cop posada en pràctica dita butlla pel seu executor, l'abat de Monserrat, amb l'assentiment de l'abat i monjos de Sant Cugat, presenta pública reclamació, amb presència notarial, davant els representants dels mon-

jos de Sant Cugat, per les queixes sorgides posteriorment entre els monjos contra dits benifet i mongia. Així, aconseguix que, finalment, la comunitat acati la butlla papal.

A Original: APSCV, doc. 20. Pergami, 268 × 283mm.

Estat de conservació: Regular. Foradat. Dues tintes d'escriptura.

Not. dors.: () Die Iouis XXX mensis iulii, anno LXI^o [quod] Gaspar Corts, [... ...], ville Sancti Cucuphatis Vallensis [... ...], quod soluit sibi XXX solidos [...], que sunt precio quadam pecia terre, quod dictus Corts vendidit dicto Campderros, citam a Calabux, [...] Lo Prat [...]. Item, Petrus [...]nas, mercator et Bartholomeus Castanyer, sartor, Sancti Cucuphatis. Item, dictus Corts [fecit] apocha de quadam alia pecia terre [...].*

**L'anotació del dors no sembla referir-se al document de l'anvers, sinó a d'altres (v. docs. 18 i 19).*

¹ Nouerint vniuersi quod, die sabbati, intitulata decima octaua mensis octobris, quasi ora post vespere ipsius diei, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo, in presencia mei, Iohannis Geraldii, apostolica auctoritate notarii publici ville Sancti Cucuphatis Vallensis et termini Castri de Octouiano, auctoritate reuerendi domini ² abbatis monasterii Sancti Cucuphatis Vallensis; et, in presencia, eciam, venerabilis fratris Petri Spontils, monachi Beate Marie Alahonis, et Ffrancisci, prioris minoris predicti monasterii, testium ad hec specia- ³ liter vocatorum, rogatorum et assumptorum; constitutus personaliter coram presencia venerabilis fratris Raimundi Strader, camerarii, fratris Petri de Villosa, infirmarii, fratris Iohanis Reygal, operarii, fratris Gasparis ⁴ Millars, fratris Marchi de Vilalba, beneficiati beneficii Omnium Sanctorum, fratris Iaufridi Sort, prepositi de palacio, et fratris Petri Ramis, omnium monachorum dicti monasterii conuocatorum et congre- ⁵ gatorum, ex causa infrascripta, more solito, in claustro dicti monasterii, vbi, aliter, pro similibus et comunibus actibus et negociis ipsius monasterii, conuentus eiusdem monasterii consuevit congregari conue-⁶ tumque dicti monasterii ⁷ stancium et representancium, ut maior et sanior pars fratruum dicti monasterii seu conuentus, aliis absentibus, venerabilis frater Ffranciscus Virgili, monachus prenarrati monasterii, presentauit eisdem, nomine eorum ⁸ et dicti monasterii et conuentus, quandam epistolam papiream, scriptam tenore sequentis:

Personalment constituit fratre Ffrancesch Virgili, camerer de Sanct Miquel de Fluïya e monio del ⁹ dit monastir de Sanct Cuguat; en presencia de vosaltres, venerables fra Ramon Strader, camerer, fra Pere Villosa, infermer, fra Johan Reygal, obrer, fra Gaspar Millars, monio, fra March ¹⁰ de Vilalba, beneficiat de Tots Sancts, fra Jofre Sort, pabordre de palau, e fra Pere Ramis, monios del present monastir de Sanct Cuguat, diu e exposa deuant vostras audiencias que, ¹¹ com sabeu, lo dit fra Virgili es prouehit per lo Sanct Pare nostro, ab sa bulla patent e poblada, del benefici de Sant Barhomeu e mongia en lo dit monastir de Sanct Cuguat, segons en la ¹² dita bulla \se conte, de que se-s saguit que lo dit fra Virgili se-s presentat ab la dite bulla al reuerent mosser abbat de Montserrat, axequador de la dite bulla, per lo Sanct Pare deputat, e, apres fet lo proces per aquell, se-s presentat al reuerent mosser abbat de aquest monastir de Sanct Cuguat e als venerables monios de aquell, per los quals es ¹³ stat admes en lo dit benefici e mongia e en la possessio de aquell, segons appar per actes auctentichs. En apres, ara darrerament se-s saguit que per vosaltres, dits venerables senyors, es stada ¹⁴ feta certa requesta e protest alleguant algunes rahons, siguantment que vosaltres no sou stats demanats en los dits actes de possessio etc., per les quals rahons, parlant ab vostra ¹⁵ honor, no-s pot enpetxar la dita possessio ni la justicia del dit fra Virgili ni vosaltres no deurieu dar algun torp ni molestacio ál dit fra Virgili, en lo dit seu benefici, lo qual li es ¹⁶ donat per lo dit Sanct Pare e de voluntat de aquell qui-l tania, etc. Per tant, lo dit fra Virgili instantment vos exorta e us pregua, per reuerencia de Deu, no-l vullau torbar ni enpet- ¹⁷ xar, per qualsevulles rahons, les quals, sens dupte, no aprofitarian res a la fi, etc., ans bullau consentir a la dita admisio e tradicio de possessio del dit benefici e mon- ¹⁸ [gia, feta, com] dit es, al dit fra Virgili e encara vos placia renunciar a votes dites requestes fetes per raho del dit benifet e mongia. En axi, que lo dit fra Virgili, com a monio ¹⁹ [del dit monas-

tir de] Sanct Cuguat e confrare vostre, pugua star en repos, hauent sa justicia e no essent molestat en aquella. E farets ço qui-s pertany de bons frares e l²⁰ [... ..] ab deguda honor, protesta contra vosaltres e cascu de vosaltres lo dit fra Virgili de provehir per tots remeys a ell de dret permesos [e] de tots dandmessos l²¹ e despeses que per vostra culpa li convindria [de] sostenir en qualsevulla manera e de totes [les] altres \coses/ licites de protestar. E, a maior justificacio sua, intima e presenta a vosaltres l²² e cascu de vosaltres la dita bulla papal e altres actes dessus nominats, etc., requerint per vos, notari, aci present, aquesta requesta e protest e presentacions dessus dites, presentets e faciats legir l²³ aquelles a los dessus dits venerables monjos e a cascu d-ells e de qui auant fer carta e cartes que li seran necessaries, etc.

Qua, quidem, cedula presentata et, per me, dictum notarium, l²⁴ lecta, coram dicto conuentu et fratribus eiusdem superius nominatis, in continenti, ipsi fratres, nomine eorum et dicti conuentus, visa per eos et lecta predicta bulla apostolica et informati de l²⁵ predictis omnibus et singulis, omnes concordantes dixerunt:

Que eren contents de complir les coses contengudes en la dita cedula e que en nenguna forma ne manera en[.....] l²⁶ torbar ne enpetjar la admissio e possessio del dit fra Ffrancesch Virgili e encara de renunciar e de fet renunciaren a tots actes fets contra lo dit fra Ffrancesch [Virgili].

²⁷ Et, in continenti, dictus frater Ffranciscus Virgili verbo respondit per hec verba:

Que no contrestant ni periudicant en naguna forma ni manera la possessio per ell presa del benifet de Sanct l²⁸ Bartheomeu e de la mongia del dit Monastir de Sanct Cuguat, ans aquella tostemps continuant e stant en sa forma e virtut, acceptant les coses dessus dites, requerint de l²⁹ tot li-n fos feta carta publica per conseruacio de son dret.

De quibus omnibus et singulis ita peractis, predictus frater Ffranciscus Virgili requisierit et pecierit sibi fieri et tradi l³⁰ vnum et plura publicum et publica instrumenta, ad habendum memoriam in futurum, per me, notarium supra et infrascriptum.

Que omnia et singula supradicta fuerunt acta, diebus, horis, l³¹ locho et ciuitate iam dictis, presente me, dicto notario, et testibus supradictis.

MANUSCRIT 21

1463, juliol, 14

*Jaume Bisanyes, primer rector i administrador del benifet de l'altar de Sant Pere i Sant Domènec, ubicat a l'església de Santa Maria del Mar de Barcelona, en virtut de la potestat rebuda en l'escriptura de venda del censal mort, que, com a rector del benifet, li pagaven els successors de Pere Jover i la seva muller Agnès, ven, per trenta lliures barceloneses, la casa, que aquests mateixos successors tenien al carrer de'n Durfor de Barcelona, sota domini d'Arnau Esquerit i la seva muller Brígida, obtingut dels successors de Pere Ribalta, fill de Pere Ribalta. En el text, s'hi fa força insistència en: **1r** que la venda va ser precedida per exposició i subhasta pública, de més de trenta dies, a càrrec dels corredors públics jurats, Pere Belloch i Bernat Joan; i **2n** que la compradora, Isabel, muller de Pere Bastat, notari de Barcelona, ha estat la millor postora i paga l'adquisició amb diners propis i parafernals, però no pas amb diners ni béns del seu marit.*

A Original: APSCV, doc. 21. Pergamí, 325 × 565 mm.

Estat de conservació: Document incomplet i ple d'interrogants, probablement usat com a foli de guarda d'altres documents (V. not. dors.) Mirat des del dors, sembla haver estat retallat per la part superior amb línia de tall molt regular. La part retallada podria ser força gran, atès que cap de les esmenes recollides en la signatura notarial, ni tant sols la línia LI, no es corresponen amb la part de text conservada. D'altra banda, pràcticament la meitat inferior del text conservat sembla correspondre a l'època del mateix document, però, tot i la dificultat de lectura, sembla datada trenta anys després.

Not. dors.: Torn. 5. En est manual es lo acte de les professons. Tomo. 5 N^o 21.

¹ [... .. dicti] honorabilis Arnaldi Squerit [... ..] et suorum [... ..] die ² mensis aprilis; dando et soluendo, pro vnoquoque dictorum quatuor morabatinorum, nouem denarios, monete Barchinonensis de terno, secundum constitutionem e[... ..]e, a domino rege facta[m], super solutione morabatinorum censualium huius monete. Et, saluo, etiam, laudi- ³ mio iam dictis heredibus seu successoribus iam dicti, quondam, Petri Ribalta, pro predictis competenti. Precium, vero, predictorum, que vobis vendo, est triginta l[ibr]arum Barchinonensium, quas, deductis laudimio, censu debito, impositione currituris et aliis missionibus et expensis, ⁴ pretextu huiusmodi venditionis, ex parte mei fiendis, accipio, in solutum et satisfactionem concurrentis quantitatis dictarum pensionum, michi, occasione dicti censualis, debitarum, et dicti precii eiusdem censualis. Et, ideo, renunciando exceptioni precii predicti, sicut predictur, non conuenti, ⁵ et legi, qua deceptis vltra dimidiam iusti precii subuenitur, et dolo malo et actioni in factum omnique alii iuri, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus, dono, iam dictis nomine et potestate, et remitto vobis et vestris et quibus volueritis, perpetuo, irreuocabiliter inter viuos, ⁶ si quid predicta, que vobis vendo, plus modo valent vel a modo valebunt precio antedicto. Preterea, confiteor et recognosco, dictis nomine et potestate, vobis, dicte emp[er]trici, quod predicta, que vobis vendo, fuerunt, de voluntate et mandato meis, exposita venalia et subastata, ⁷ palam et publice, per dictam ciuitatem Barchinone, per curritores publicos et iuratos eiusdem ciuitatis infrascriptos, nedum per triginta dies, vt moris est, sed etiam amplius. Et cum multi ad emmendum predicta accessissent, non apparuit nec accessit, ad me nec ad dictos ⁸ curritores, aliquis alius emptor, qui tantum, in predictis, offerret seu dare vellet precium, quantum vos, qui obtulistis vos daturam precium supradictum. Et, ideo, vobis, tanquam plus danti et offerenti, in encantu publico, venditionem de predictis feci et facio, dictis nomine et po- ⁹ testate, supradictam, precio memorato. Pro euictione, autem, predictorum, que, iam dictis nomine et potestate, vobis vendo, et pro restituentis et soluendis vobis et vestris omnibus et singulis missionibus et expensis, damnis et interesse, si quas vel si que vos vel vestri facietis et susti- ¹⁰ nebitis, in ducendis, tractandis et examinandis littibus siue causis, si que vobis vel vestris mouerentur ab aliquo vel aliquibus in predictis vel aliquo predictorum, que vobis vendo, vel ratione aut occasione eorundem, siue obtineatis in ipsis causa vel causis siue etiam succumbatis. Super quibus ¹¹ missionibus, sumptibus, damnis et interesse credatur vobis et vestris, vestro et eorum plano et simplici verbo, nullo alio probationum genere requisito, nomine et potestate predictis, obliigo vobis et vestris omnia et singula bona iam dictorum Petri Iover et domine Agnetis, eius vxoris, et utriusque ipsorum ¹² in solidum, mobilia et immobilia, vbique habita et habenda. Bona, autem, mea propria seu dicti altaris Sanctorum Petri et Domini non sint vobis vel vestris pro premisis vel aliquo premissorum in aliquo obligata, ratione alicuius legis siue iuris pro vobis in hiis facientis. ¹³ Renunciatis, dictis nomine et potestate, quoad hec, beneficio nouarum constitutionum et diuidentiarum actionum et consuetudini Barchinone, loquenti de duobus vel pluribus in solidum se obligantibus. Renuncio, etiam, quoad hec, pro predicta domina Agnete, cerci- ¹⁴ oratus ad plenum de iuribus suis, beneficio Valleiani senatus consulti et auctentice *si qua mulier posite codicem ad Valleianum* et doti et sponsalicio ipsius domine Agnetis et iuri hypothecarum seu obligationum suarum, que ipsa habet et habere debet in et super bonis et iuribus dicti viri sui, que ¹⁵ omnia vobis, dicte emp[er]trici, et vestris, quoad hec, dictis nomine et potestate, ex pacto, remitto. Renuncio, etiam, dictis nomine et potestate, pro ambobus dictis coniugibus, omni alii iuri, rationi et consuetudini hiis obuiantibus. Hec, igitur, omnia et singula supradicta facio, paciscor, conuenio et bona fide ¹⁶ promitto ego, dictus Iacobus [Bisanyes, nomine] et potestate preffixis, vobis, dicte domine Isabeli, emp[er]trici, et vestris necnon et notario infrascripto, vt publice persone, pro vobis et pro aliis, etiam, personis omnibus, quarum interest et intererit, recipienti et paciscenti ac etiam legitime stipulanti. Ad hec nos, [Petrus] ¹⁷ Belloch et Bernardus Iohanes, curritores phelpe publici et iurati dicte ciuitatis Barchinone ac socii in huiusmodi negocio, confitemur et recognoscimus vobis, dicte emp[er]trici, quod nos, de voluntate et mandato iam dicti discreti Iacobi Bisanyes, nomine et potestate predictis, exposuimus venalia et subasta- ¹⁸ uimus,

palam et publice, per dictam ciuitatem Barchinone, predicta per vos empta, nedum per triginta dies, vt moris est, sed etiam amplius. Et cum multi ad emendum predicta accessissent, non apparuit nec accessit ad nos aliquis alius emptor, qui tantum mihi seu pro predictis offerret seu dare ^{/19} vellet precium, quantum vos, qui, vt predictur, obtulistis vos daturam precium supradictum. Et, ideo, vobiscum, tanquam plus dante et offerente, in encantu publico, vendicionem iniuimus supradictam, precio memorato. Et vos, predicta, vt plus offerens in eisdem, per nos seu nobis mediantibus, vt predictur, compe- ^{/20} rastis.

Actum est hoc Barchinone, quartadecima die mensis iulii, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio.

S+num Iacobi Bisanyes predicti, qui hec, dictis nomine et potestate, laudo et firmo; presentibus testibus: Benedicto Bayona et Bartholomeo Sumes, ^{/21} scriptoribus, Barchinone habitatoribus.

S++na Petri Belloch et Bernardi Iohannis, curritorum predictorum, qui hec laudamus et firmamus, tercia die mensis nouembris, anno predicto; presentibus testibus predictis. ^{/22} S+num Brigide, vxoris honorabilis Arnaldi Squerit, ciuis Barchinone, procuratrix generalis, etiam cum libera et generali administratione ad hec et alia legitime constitute a dicto honorabili viro meo, prout constat de ipsa procuracione instrumento publico inde facto, in posse discreti Antho ^{/23} nii Iohannis, auctoritate regia notarii publici Barchinone, vicesima sexta die iunii, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, que, prefato nomine, predicta firmo, dominii racione; censu, iure, dominio et faticha triginta dierum dicti viri et principa- ^{/24} lis mei et suorum in omnibus semper saluis. Quam firmam facio in dicta ciuitate Barchinone, in posse Raphaelis de Riudor, auctoritate regia notarii publici Barchinone, die vicesima mensis ianuarii, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo ^{/25} quarto; presentibus testibus: discreto Gaspare Riudor, presbitero, et venerabili Gaspare Stephano Terreni, ciue Barchinone. Et, ideo, ego, dictus notarius hec scripsi et hoc meum hic apposui sig(*signe*)num.

^{/26} Sig(*signe*)num Anthonii Sans, auctoritate regia notarii publici Barchinone. Qui hec scribi fecit et clausit. Cum suprapositis, in lineis XII^a, vbi dicitur: *coniugum*, XIII^a: *de eis*, XXII^a: *honorabilem Arnaldum Squerit ciuem Barchinone*, ^{/27} *succedentem in hiis certis iustis titulis*, et XXXVIII^a: *atque transfero*. Et cum raso, in linea LI^a, vbi dicitur: *honorabilis Arnaldi Squerit*.

^{/28} Sit omnibus notum quod ego, Iacobus Bisanyes, presbiter, primus rector seu beneficiatus altaris Sanctorum Petri et Dominici, constructi in ecclesia Beate Marie de Mari Barchinone, et administrator eiusdem, confiteor et recognosco vobis, venerabili domine Isabeli, vxori discreti Petri Bastat, ^{/29} notarii, ciuis Barchinone, quod dedistis et soluistis michi, modo inferius designato, omnes illas triginta libras Barchinonenses, pro quibus siue quarum precio, ego, virtute potestatis inde michi attribute et concessa in instrumento venditionis illius censualis mortui pensionis annue viginti septem solidorum, ^{/30} nouem denariorum et oboli et precii viginti quinque librarum dicte monete, quod heredes seu successores Petri Jouer, paratoris pannorum lane, ciuis Barchinone, et domine Agnetis, eius vxoris, deffunctorum, michi, vt rectori seu beneficiato predicto, faciebant et prestabant ac facere et ^{/31} prestare tenebantur, anno quolibet, quintadecima die mensis iunii, vendidi vobis, vt ementi de pecunia et bonis vestris propriis et paraffernalibus et non de pecunia nec bonis dicti viri vestri, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, totum illud hospitium, cum introhitibus et exitibus, ^{/32} iuribus et pertinenciis suis vniuersis, quod heredes seu successores dicte, quondam, domine Agnetis, vxoris dicti, quondam, Petri Iouer, habebant et possidebant in ciuitate Barchinone, in vico vocato *de-n Durfor*. Et tenebant, prout nunc tenetur, per honorabilem Arnaldum Squerit, ^{/33} ciuem Barchinone, succedentem in hiis, certis iustis titulis, heredibus seu successoribus venerabilis Petri Ribalta, quondam, ciuis Barchinone, filii venerabilis Petri Ribalta, quondam, mercatoris, ciuis dicte ciuitatis, et sub dominio et alodio suo, ad censum quatuor morabatinorum bonorum alfonsinorum auri ^{/34} fini et ponderis recti, anno quolibet, perpetuo, soluendorum, decima die mensis aprilis, dando et solvendo pro vnoquoque dictorum quatuor morabatinorum nouem solidos monete Barchinonensis de terno, secundum constitutionem et ordinationem, a domino rege factam, super ^{/35} solutione morabatinorum censualium Barchinone, prout de dicta venditione plene constat ins-

trumento publico inde facto, in posse Anthonii Sans, notarii infrascripti, quartadecima die mensis iulii, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio. Predictas, autem, triginta libras /³⁶ soluistis michi, hoc modo, [... ..] de [... .. sol]uistis dicto honorabili Arnaldo Squerit, domino directo dicti hospicii, seu honorabili domine Brigide, vxori et procuratrici sue, decem octo libras, quindecim solidos et octo denarios [raspat], scilicet, pro laudimio sibi competenti, /³⁷ pretextu dicte vendicionis, tres libras et [... ..] de tempore preterito et pro certis operibus necessariis, que ipse fieri fecit in eodem hospicio, quindecim libras, quindecim solidos [raspat] et octo denarios. Item, de mei voluntate, penes vos retinuistis, pro rata dicti census /³⁸ debita de et pro octo mensibus et me[d... ..]]lis proxime lapsi, usque ad festum Nathalis Domini proxime lapsum, viginti quinque solidos et sex denarios. Item, soluistis, pro medietate impositionis, me, pretextu dicte vendicionis, solvere contingente, quinque solidos /³⁹ Item, pro medietate preconizationis [t... ..]]date me soluere contingente quindecim denarios. Item, pro medietate curriturarum, me, racione dicte vendicionis, soluere contingente quatuor solidos. Item, penes vos retinuistis, pro certo opere necessario, quod, /⁴⁰ de voluntate dicti honorabilis Arnal[di Squerit]io operari fecistis hospiciu vestrum, in quo solebat esse quedam volta contiguu dicto hospicio per vos empto, tredecim solidos. Item, soluistis, pro purgari faciendo predictam preconizationem et cancellari oppo- /⁴¹ sitiones in ea factas, decem [... ..]rationis precarii dicti hospicii per me facte et intimationis facte conductori eiusdem hospicii, vt de logerio ipsius hospicii michi responderet, per ipsum notarium recepto, tres solidos. Item, dicto Anthonio Miquel et procuratori /⁴² meo, pro duabus requisitioni[bus] Re]siduas, vero, octo libras, duos solidos et nouem denarios, ad complementum predictarum triginta librarum, dictus Petrus Bastat, maritus vester, pro vobis, michi dici ac scribi fecit in tabula cambii siue depositorum dicte ciuitatis /⁴³ Barchinone. Quam dicta[... ..] excep]tioni pecunie non numerate et non solute et doli mali et actioni in factum omnique alii iuri hiis obuianti, facio vobis et vestris, de predictis triginta libris, per vos michi in modum predictum exsolutis, presentem apocam /⁴⁴ de soluto ac bonum [... ..] stipulatione vallatum.

Actum est hoc Barchinone, prima die mensis ffebruarii, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto.

S+num Iacobi Bisanyes predicti, qui hec laudo et firmo.

/⁴⁵ Sig(sig[ne])num]nefficiatus in ecclesia Beate Marie de Mari, Bartholomeus Sumes et Iohannes Pinyol, scriptores, habitatores Barchinone.

/⁴⁶ [... ..]i, qui hec scribi fecit et clausit.

MANUSCRIT 22

1480, juny, 16

Trasllat d'extracte d'unes darreres voluntats contingudes en el testament fet per Joana, vidua de Bartomeu Tintorer, peller, de Barcelona, en poder del notari Antoni Joan. L'extracte es refereix a una deixa de vint sous per a Caterina, muller de Bartomeu Campderrós, de Sant Cugat, i a l'exigència de pagament, per part del mateix Bartomeu de Campderrós, del deute, de deu lliures i deu sous, contret amb la testadora quan ella li va deixar diners per comprar un mul de color gris; i que aquests diners recuperats i completats fins a quinze lliures siguin ben guardats per a donar-los a la seva fillola Joana, filla del repetit Bartomeu de Campderrós, en el moment del seu casament, però no abans; i, si la fillola moria abans del casament, les quinze lliures passarien a la confraria dels pellers, de la qual n'era membre la testadora, perquè fessin celebrar a Santa Maria del Mar tres aniversaris per la seva ànima i per les dels seus pares, confreres i tots els fidels difunts.

A Original: Perdut.

B Trasllat sense data: APSCV, doc. 22. Pergamí, 203 × 350 mm.

Estat de conservació: Regular. Pergamí tacat i foradat.

¹ Hoc est translatum, bene et fideliter sumptum a quibusdam clausulis, seriatim possitis et contentis in originali testamento domine Iohanne, vxoris Bartholemei ² Tintorer, quondam, payerii, cuius Barchinone, quod fecit et ordenauit in posse Anthonii Iohannis, auctoritate regia notarii publici Barchinone, sexta decima die mensis ³ iunii, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo. In quo, quidem, testamento sunt prohemium heredis institutio clausu- ⁴ la finalis et testes rogati. Quarum, quidem, clausularum tenores sunt tales:

“Item, lego domine Catharine, vxori Bartholomei Capderos, ville Sancti Cucuphatis, ⁵ viginti solidos. Item, volo et mando quod dicti mei manumissores habeant exhigant a Bartholomeo de Camp<de>ros, Sancti Cucuphatis, illas decem libras de[*cem*] ⁶ solidos, quas ipse michi debet, racione et pro precio cuiusdam muli pili *gris*, quem ipse emit de meis denariis, quibus habitis, dicti mei manumisso- ⁷ res *smercient* in loco tuto et securo simul cum alia peccunia mea, que sufficiant ad quindecim libras *e que aquales gonyen e que aquelles [...]*, ⁸ *que fet hauran, sien dades a na Iohana, fillola mia*, filia dicti Bartholomei Capderos, tempore matrimonii et non ante. Verum, si, forsan, dicta Iohana, filio- ⁹ la mea, decederet antequam fuerit in matrimonio *collocada* in tali casu, dictas quindecim libras, lego seu mitto ipsis confratriis payeriorum ciuitatis Barchinone, ¹⁰ de qua sum confratrisa, et quod, de illis quindecim libris, proceres dicte confratrie et dicti manumissores mei faciant celebrare tria anniuersaria in dicta [eccles]ia ¹¹ Sancte Marie [...] de Mari, pro anima mea, parentum meorum et confratrum dicte confratrie et omnium fidelium defunctorum, in illis terminis, quos ¹² dicti proceres et manumissores mei eligerint. Item etc.”

^{13a} Sig(*signe*)num Gabrielis Deuesa, auctoritate regia ^{14a} notari publici Barchinone, testis. ^{13b} Sig(*signe*)num Petri Vincencii, de Mediona, auctoritate regia no- ^{14b} tarii publici Barchinone, testis.

¹⁵ Sig(*signe*)num mei, Anthonii Iohannis, auctoritate regia notarii publici Barchinone. Qui [hoc] translatum, a suo originali fideliter sumptum (a suo originali fideliter sumptum) et cum eorum de ¹⁶ verbo ad verbum legitime comprobatum, te [...]tumque vt supra [... ..] ¹⁷ [...].

MANUSCRIT 23

1480, novembre, 23

Pere Ramon Loteres i Joan Font de Borrell, canonges, procuradors i administradors de la pabordia del mes de juny de la canònica de Barcelona, estableixen per a Gabriel Cuch, rector de Sant Cebrià de Valldoreix, com a persona laica i privada i exclusiuament amb fons seus particulars, un mas derruït i ensorrat, anomenat “Bazach”, el qual dita pabordia té en alou, en dita parròquia, a títol de restitució feta per dit rector. Pagarà un cens de tretze sous i sis diners per aquest mas, el qual té un gran camp de terra, anomenat “Camp de Lledó”, on dit rector té un colomar.

A Original: APSCV, doc. 23. Pergamí, 343 × 603 mm.

Estat de conservació: Malgrat petits forats, l'estat de conservació és bo.

Not. dors.: De la Pessa de Casa Picanyol de Pecias de Casa Spera, que es asensada al Pinyes. [P]alome[.....] de Val de Oreix.

¹In Dei nomine. Nouerint vniuersi quod nos, Petrus Raimundus Loteres et Iohannes Font de Borell, canonici ecclesie Barchinone, procuratores et administratores prepositure mensis iunii canonice Barchinone, ad hec et alia legitimi constituti et ordinati a reuerendissimo in Christo patre et domi- ²no domino Berengario de Sos, Dei et apostolice sedis gratia electo Turritano canonico et decano ac vicario in spiritualibus et temporalibus generali dicte ecclesie Barchinone, tunc sede vacante, et ab honorabili Capitulo canonicorum ipsius ecclesie, quorum nomina in instrumento procuracionis et administracionis, acto Barchinone, ³in posse notarii infrascripti, tricesima mensis aprilis, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, lacius sunt descripta. In quo, quidem, procuracionis et administracionis instrumento, auctoritatem et decretum dicti reuerendissimi domini vicarii interuenerunt; ⁴sub cuius, quidem, Capituli regimine, protectione et administracione dicta prepositura mensis iunii consistit, nomine predicto. Gratis et ex certa sciencia, per dictam preposituram mensis iunii et ipsius prepositum et successores suos in dicta prepositura, vtilitate eiusdem in his precognita et premissa, ⁵agentes hec cum consilio visoris infrascripti ad [f...] per dictum Capitulum et nos, viue vocis oraculo assignati, ad bene, videlicet, meliorandum, habendum, tenendum omnique tempore paciffice possidendum, damus in emphiteosim et stabilimus vobis, discreto Gabrieli Cuch, presbitero, recto- ⁶ri sancti Cipriani de Valldaurio, diocesis Barchinone, vt layce et priuate persone, et de bonis vestris propriis et non ecclesie vel aliquorum beneficiorum vestrorum acquirenti, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, vestris, tamen, consimilibus, et vestrorum, totum illum mansum pro[xime] diru- ⁷tum et precipitatum, nominatum *Lo Mas Bazach*, cum terris, honoribus et possessionibus eiusdem ac introhitibus, exitibus, iuribus et pertinentiis suis; quem dicta prepositura mensis iunii, titulo restitutionis, facte per vos, dictum rectorem, preposito dicte prepositure, cum instrumento recepto, in posse notarii infrascripti, ⁸quarta mensis iulii anni Natiuitatis Domini millesimi quadringentesimi septuagesimi primi, per purum, liberum et franchum alodium, habet et possidet in dicta parrochia Sancti Cipriani de Valldoreix, dicte diocesis Barchinone. Qui mansus tenet vnum magnum campum ⁹terre vocatum *Camp de Ledo*, in quo, antiquitus, erat vnus mansus appellatus *Mas de Ledo*. In quo campo habet rector dicte ecclesie Sancti Cipriani de Valldaurio vnum columbarium siue *colomer*. Et terminatur dictus mansus, quem vobis stabilimus et in emphiteosim damus, ¹⁰nomine quo supra: ab oriente, in riaria de Galleuga; a meridie, cum tenedone mansi *Sa Sala*; ab occidente, in riaria de Valldoreix, partim, et, partim, in dicta riaria de Galleuga; et, a circio, cum honore *de-n Aymerich*, parrochie Sancti Cucuphatis Vallensis, \dicta riaria de Valldoreix mediante/. Hanc, autem, stabilicionem et in emphite- ¹¹osim dacionem et concessionem facimus (dic... *cancel-lat*) dicti Petrus Raimundus Loteres et Iohannes Font de Borrell, nomine predicto, vobis, dicto Gabrieli Cuch, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, vestris, tamen, consimilibus, et vestrorum. Sicut melius dici potest et intelligi, ad saluamentum, bonum, ¹²etiam, intellectum vestri et vestrorum. Sub tali, tamen, pacto, forma et condicione quod predicta melioretis et in aliquo non deterioretis. Et quod, pro censu predictorum et omnium melioramentorum, que inibi feceritis, detis et soluatis successoresque vestri dent et soluant dicte prepositure seu eius hono- ¹³rabili preposito et seu procuratoribus et administratoribus eiusdem prepositure terdecim solidos et sex denarios Barchinonenses, anno quolibet soluendos in festo Natiuitatis Domini, et, sich, deinde anno quolibet, in consimili termino siue festo. Ultra quem censum terdecim solidorum et (*cancel-lació*) sex denariorum rectoribus ¹⁴dicte ecclesie Sancti Cipriani de Valldoreix, recipit [annuatim] decimam et primiciam de omnibus fructibus, quos Dominus Deus dabit, in predictis per nos, dicto nomine, vobis stabilitis, prout in quodam caprbreuiu antiquo continetur. In his, autem, non proclametis neque faciatis alium dominum ¹⁵seu dominos, nisi tantum dictam preposituram mensis iunii et eius prepositum seu procuratores et administratores eiusdem, ipsius nomine. Liceat, tamen, vobis et vestris, post dies triginta, ex quo in dictam preposituram et eius prepositum seu procuratores et administratores eiusdem, fue- ¹⁶ritis fatichati, predicta, que vobis stabilimus et in emphiteosim damus et concedimus, vendere, permutare aut, aliter, alienare, vestris, tamen, consimilibus, et vestrorum. Dempto, tamen, quod vos nec vestri possitis predicta, que, prefato nomine, vobis stabilimus, in emphiteosim damus

et concedimus, stabi- /¹⁷ lire nec aliis ad aliquem censum concedere. Et, si feceritis, volumus quod huiusmodi contractus sit nullius efficacie seu valoris et pro non facto penitus habeatur. Saluis, tamen, semper, in et super predictis, que vobis stabilimus et in emphiteosim damus et concedimus, dicto censu dictorum terdecim /¹⁸ cim solidorum et sex denariorum, anno quolibet dicto termino soluendorum, iure, domino, firma et facta triginta dierum dicte prepositure et eius prepositi et successorum suorum i dicta prepositura. Et, saluo, eciam, laudimio, pro predictis, dicte prepositure et eius honorabilis prepositi, competenti. In intrata, /¹⁹ uero, predictorum, que vobis stabilimus et in emphiteosim damus et concedimus, dedistis et soluistis nobis et confitemur nos a vobis habuisse et recepisse duo paria gallinarum. Et, ideo, renunciando excepcioni dicte intrate non habite et non recepte et dolo malo et actioni in factum et omni /²⁰ alii iuri, actioni et consuetudini contra hec repugnantibus, donamus scienter et remittimus vobis, si quid predicta, que vobis stabilimus et in emphiteosim damus et concedimus, plus modo valent aut a modo valebunt censu et intrata predictis. Confitentes et recognoscentes vobis /²¹ [quod ...] nichil agitur in preiudicium seu lesionem dicte prepositure mensis iunii, [omnino] eius condicio pocior efficitur ex presenti contractu, causis et rationibus, inter alias, sequentibus: Nam, attento quod dictus mansus est omnino dirutus et precipitatus et pecie terre eidem contigue sunt rus- /²² [tice,] inculte et hereme fuerunt et, etiam, sunt. Et, ex eis, dicta prepositura, a longo tempore citra, nil comodi seu emolumenti reportabat. Et, posito quod dicta prepositura seu nos, illius nomine, vellemus ad proprium vomerem retinere, non esset eidem prepositure tam vtile, /²³ prout erat, quam vos, dictus Gabriel Cuch, ipsas meliorabit et cultiuabit seu cultiuare facietis, sich quod dicta prepositura habeat dictum censum quitium ab omnibus missionibus et expensis, et non supponentur, sicuti fructus supponuntur, grandini, nebule, siccitati, iunda- /²⁴ cionibus aquarum et alii aeris intemperie; quitium, autem, et exemptum habeat dicta prepositura dictum censum, dicto termino, anno quolibet, rationibus preexpressis. Et aliis causis et rationibus, que possemus rationabiliter applicari hic, breuitatis causa, [prioris] obmissis et per nos in /²⁵ dicto Capitulo large enarratis, prout hec vidit et recognouit discretus Anthonius Poses, presbiter, in ecclesia Barchinone beneficiatus, qui ad mansum et dictas pecias terre personaliter accessit et eas propriis oculis subiecit viditque et recognouit ac nobis consuluit et retulit /²⁶ stabilicionem hanch fieri debere pro euidenti vtilitate dicte prepositure. Et, sich, habito concilio super his, inter dictum Capitulum et nos, dictis nominibus, nedum semel, sed, eciam, bis et ter, matura delliberacione et frequenti tractatu, ita fieri conclusimus et ad hunc /²⁷ contractum processimus, vt superius continetur. Ego, itaque, Anthonius Poses, visor et cognitor predictus, confiteor et recognosco vobis, dicto Gabrieli Cuch, quod ego, ex comissione iam dicta, ad dictas pecias terre personaliter accessi easque propriis oculis subieci viditque et recognoui predicta fieri /²⁸ debere, pro vtilitate dicte prepositure et causis et rationibus iam dictis. Et sic retuli dictis honorabilibus procuratoribus et administratoribus (*espai de dos mots cancel-lat*), qui, mea relacione informati, ita fieri concluderunt. Pro euiccionem, autem, predictorum, que, dicto nomine, vobis stabilimus et in emphiteosim da- /²⁹ mus et concedimus et omn[ium] meliorament[orum, que nobis] feceritis, et pro omnibus sumptibus, damnis et interesse, per vos seu vestros, pro predictis fiendis et sustinendis, in iudicio et extra, siue obtineatis in causa vel causis, siue, eciam, subcumbatis. Remittentes vobis, necessitate denunciandi ac, etiam, /³⁰ apellandi, obligamus vobis et vestris illas viginti libras, saluo iure compoti dicte prepositure debito, pro censu nominaliter annorum, pro predictis, que vobis stabilimus et in emphiteosim damus et concedimus, necnon et illos terdecim solidos, ex illis viginti sex solidis [... ..] /³¹ bant, pro predictis peciis terre, qui [de dua] habuerunt, causis et rationibus preexpressis. Cetera, autem, bona dicte prepositure nec nostra propria seu dictorum dominorum de Capitulo non sint vobis nec vestris in aliquo obligata racione alicuius legis siue iuris in his pro vobis facientis. Et, ex causa /³² predicta et aliter, prout melius de iure fieri valeat et tenere, damus, dicto nomine, cedimus et mandamus vobis, dicto Gabrieli Cuch, et vestris omnia iura omnesque actiones, reales et personales, mixtas, vtilis et directas, ordinarias et extraordinarias et alias, eciam, quascunque dicte prepositure seu /³³ nobis, ipsius nomine, competencia et competentes et competere debentia et debentes, in predictis, que vobis stabilimus et in

emphiteosim damus et concedimus, et contra quascunque personas vobis in eisdem quæstionem aliquam facientes, proponentes et mouentes. Quibus iuribus et actionibus ^{/34} supra dictis, possitis vos et vestri et quos volueritis, perpetuo, vti, agere et experiri dictasque pecias terre a quibuscunque personis, vobis, in eisdem, actionem aliquam, quæstionem, petitionem vel demandam facientibus vel mouentibus, defendere et tueri, in casu euictionis, si sequeretur ab eisdem ^{/35} illas emutantibus predictas viginti libras, saluo iure compoti, vt predictur, pro censu debitas et dictos terdecim solidos reductos petere, exigere, recipere et habere et omnia alia facere, in iudicio et extra iudicium quecunque et quemadmodum dicta prepositura seu nos, illius nomine, ^{/36} facere poteramus, ante presentem contractum et iurium et actionum cessionem, et possemus, nunch et, etiam, postea quocunque. Nos, enim, facimus et constituimus vos et vestros in his dominos et procuratores, vt in rem vestram propriam, ad faciendum inde vestre libitum voluntatis, sine ^{/37} contradictione et impedimento nostri et nostrorum et alterius cuiuscunque curie et persone. Dicentes et intimantes, tenore presentis publici instrumenti cunctis temporibus valituri, quibusuis personis in predictis ius habentibus seu habere pretendentibus, quatenus vobis et vestris, de predictis viginti libris, ^{/38} et de dictis terdecim solidis reductis, respondeant et satisfaciant, prout dicte prepositure seu nobis, illius nomine, respondere et satisfacere tenebantur, ante huiusmodi contractus confectionem alia intimacione seu notificacione a nobis seu nostris minime expectatis. Ad hec, ego, Gabriel Cuch, ^{/39} adquisitor, vt laycus et persona predictus, stabilimentum predictum, per vos, dictos honorabiles dominos, Petrum Raimundum Loteres et Iohannem Font de Borrell, nomine predicto, michi factum, accepto, cum pactis et condicionibus supra dictis, quibus expresse consensus. De certa sciencia, con- ^{/40} uenio et promitto vobis, dicto domino Petro Raimundo Loteres et Iohanni Font de Borrell, nomine dicte prepositure, quod predicta per vos michi stabilita meliorabo et in aliquo non deteriorabo et dabo et soluam procuratoribus et administratoribus dicte prepositure seu eius honorabili preposito ^{/41} dictum censum dictorum terdecim solidorum, anno quolibet, dicto termino soluendorum. Et, pro his complendis et firmitter attendendis, tenendis et obseruandis, obligo vobis et vestris, nomine dicte prepositure, specialiter et expresse, totum ius emphiteotichum, quod habeo in predictis, per vos, dicto ^{/42} nomine, michi stabilitis; et, generaliter, omnia et singula bona mea, mobilia et immobilia, vbique habita et habenda. Et, vt predicta omnia et singula maiori guaudeant firmitate, non vi nec dolo, sed sponte, iuro, in animam meam, per dominum Deum et eius Sancta quatuor Euuan- ^{/43} gelia, manibus meis corporaliter tacta, predicta omnia et singula attendere et complere, tenere et obseruare et in nullo contra facere vel venire, aliquo iure, causa vel, eciam, racione. Hec, igitur, omnia et singula, que et prout dicta sunt supra, facimus, paciscimur, conuenimus ^{/44} et promittimus nos, dicte partes, scilicet, vna pars nostrum alteri et nobis ad inuicem ac vicissim ambeque partes notario infrascripto, vt publice persone, pro nobis et pro aliis, etiam, personis omnibus, quarum interest et interferit, recipienti et paciscenti ac, eciam, legitime stipulanti. Nouissime, ^{/45} volumus nos, dicti contrahentes, quod, de premissis, fiant duo publica consimilia instrumenta, quorum vnum dicte prepositure seu nobis, dictis partibus, ipsius nomine; alterum michi, dicto Gabrieli Cuch, tradantur per notarium infrascriptum.

Actum est hoc Barchinone, vicesima tertia mensis nouem- ^{/46} bris, anno a Natuitate Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo.

S++na Petri Raimundi Loteres et Iohannis Font de Borrell, stabiliencium predictorum, qui, dicto nomine, hec laudamus et firmamus.

S+num Anthoni Poses, visoris predicti, ^{/47} qui predicta vera esse fateor eaque laudo et firmo.

S+num Gabrielis Cuch, predicti, qui hec laudo, firmo et iuro.

^{/48} Testes huius rei sunt: discreti Iohannes Campanya et Anthonius Ferrer, clerici, in ecclesia Barchinone beneficiati.

^{/49} Sig(*signe*)num Dalmacii Ginebret, auctoritate regia notarii publici Barchinone, qui hec scribi feci et clausi, cum suprascriptis, in linea X^a: *dicta riaria de Valldoreix mediante*.

Afegitó posterior, al racó inferior dret, de mà i tinta diferent i sense signar: ^{/48a} Die XVIII mensis aprilis MDLXXII, apud Francisco Suyer, notarium ^{/48b} et scribam reuerendi Capituli ecclesie Barchinone, Anthi-

cus [Galceran], propi- /^{48c} etarius, et venerabilis Raimundi Mores, presbiteri, et procurator Ioa- /^{48d} nni Roger confessi fuerunt peciam terre /^{48e} vocatam *Camp Llado* supra contenta tenere per preposi- /^{48f} turam iunii et columbarium et peciolam terre tenere per rec- /^{49a} torem Sancti Cipriani de Valldoreix ad presta- tionem, censum et [iuran]- /^{49b} tem ibi contentis.

MANUSCRIT 24

1499, setembre, 2

Fra Galceran de Caldes, monjo ecònom i procurador de la Pia Almoina del monestir de Sant Cugat del Vallès, emet carta precària a favor d'Antoni Garau, pagès de la parròquia de Sant Cebrià de Valldoreix, del terme del castell d'Octavià, per la qual, mitjançant la refacció del títol perdut, li confirma la possessió útil sobre la peça de terra campa, de sembradura de dues quarteres de blat, situada a dita parròquia de Valldoreix, al lloc anomenat "Els Figuerals", sota domini de dita Pia Almoina del monestir de Sant Cugat del Vallès.

A Original: APSCV, doc. 23. Pergami, 374 × 277 mm.

Estat de conservació: Bo.

Not. dors.: Precari de-n Guerau per lo [...] de Joan Cros.

n.º 5

¹ Nouerint vniuersi quod ego, frater Galcerandus de Caldes, monachus et opperarius monasterii Sancti Cucupha- /² tis in Vallensi, ordinis Sancti Benedicti, Barchinonensis diocesis, economus, procurator et actor Pie Elemosine dicti monasterii Sancti Cucu- /³ phatis, constituti, creati et solempniter ordinati ab illustri et reuerendissimo abbate ach insigni capitulo et deuoto monachorum conuentu /⁴ dicti monasterii, prout plene constat instrumento recepto penes me, Ambrosium Castell, notarium publicum, die descima octaua mensis au- /⁵ gusti proxime elapsi, in quo nomina et cognomina dicti reuerendissimi abbatis et monachorum predictorum large sunt descripta et confirmata; /⁶ dicto nomine, gratis et ex certa scientia, per dictam Piam Elemosinam et eius administratores seu procuratores, laudo, approbo, rati- /⁷ ffico et comfirmo siue de nouo stabilio vobis, honorabili Antonio Garau, agricole, parrochie Sancti Cipriani de Valldorex, termini /⁸ castris de Octauiano, Barchinonensis diocesis, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, vestri, tamen, consimilibus et vestrorum, totam illam /⁹ peciam terre campam, seminatare duarum quarteriarum frumenti vel inde frica, citam in dicta parrochia de Valldorex, in /¹⁰ loco vocato *Als Figuerals*, quam vos tenetis, prout vestri antecessores tenerunt, sub directo et alodiali dominio dicte /¹¹ Pie Elemosine predicti monasterii Sancti Cucuphatis administratorumque eiusdem, ad censum trium solidorum Barchinonensium, anno quo- /¹² libet, perpetuo, soluendorum in festo Nathalis Domini, et ad prestationem descime omnium fructuum, quos Dominus Deus /¹³ dederit in dicta petia terre. Et terminatur: ab oriente, in honore Iacobi Canyoneres, in quodam punto agri, que /¹⁴ ibi est, partim, et, partim, in honore vestro alodio prepositure maioris dicti monasterii, de pertinentiis mansi mei, Garau; (*) ab oc- /¹⁵ cidente, in honore Francisci Villar, *del Carrer de Baix*; et, a cirtio, in honore Monserrati Rauella, *del Carrer de Baix*. Has, /¹⁶ itaque, laudationem, approbationem, rathifficationem et confirmationem siue de nouo stabiliationem, facio ego, dictus pro- /¹⁷ curator dicte Pie Elemosine, vobis, dicto Antonio Garau, et vestris, de predictis, sicut melius disci potest et intelligi, ad vestrum /¹⁸ vestrorumque saluamentum, sanum et bonum etiam intellectum; sub tali, tamen, pacto, forma, lege et conditione, quod predicta /¹⁹ melioretis et in aliquo non deterioretis; et quod, pro censu predictorum et omnium melioramentorum, que inibi feceritis, detis, faci- /²⁰ atis et prestetis michi et meis censum supradictum dictorum trium solidorum et descimam memoratam iamdiu, pro predictis, pres- /²¹ tari solitam et assuetam, termi-

nibus precontentis. In his, autem, non faciatis neque proclametis alium dominum siue dominos, /²² nisi tantum me et meos, dicto procuratorio nomine aut dicte Pie Elemosine dicti monasterii Sancti Cucuphatis. Liceat, tamen, vo- /²³ bis et vestris, post dies triginta, ex quo in me et meos fathicati fueritis, predicta, que vobis laudo, approbo, rathiffico /²⁴ et confirmo siue de nouo stabilio, vendere, inpignorare, permutare in nuda tantum perseptione stabilire aut /²⁵ aliter alienare, veruntamen, consimilibus et vestrorum; saluis, tamen, semper dicte Pie Elemosine et michi ach successoribus /²⁶ meis, nomine eiusdem, censum et descimam supradictam et iure, dominio, firma et fathica triginta dierum et alio quolibet /²⁷ pleno iure eorundem ach saluo, inquam, laudimio, tertio et foriscapio, pro predictis, soluere competenti. Pro huiusmodi, ve- /²⁸ ro, laudatione, approbatione, rathifficatione et confirmatione siue de nouo stabilitione, dedistis et soluistis michi /²⁹ et confiteor me a vobis habuisse et recepisse n[ouem solidos B]archinonenses. Super quibus, renuntio excepcioni pecunie predictae, non /³⁰ numerate, non habite et non recepte et dolo malo [et actioni i]n factum et omni alii iuri, rationi et consuetudini contra hec /³¹ repugnantibus quouis modo. Ceterum, volo et [mando quod huius]modi instrumentum sit et cedat vobis, loco carte precarie et /³² antiqui tituli predictorum, quoniam, prout [vos...] et per animam vestram iurastis, per Dominum Deum et eius Sancta /³³ quatuor Euangelia, manibus vestris corporaliter tacta, vos non habetis neque inuenire potuistis aliqua instrumenta, noua vel /³⁴ vetera, vobis pro predictis titulum facientia; quin imo, sunt deperdita et eorum exhibitio est vobis totaliter inpossibilis; [... ...], /³⁵ tamen, et dicte Pie Elemosine expresse reseruo quod, si in futurum apparuerint aliqua instrumenta aut alia legitima documenta, /³⁶ quibus constet et legitime probetur vos pro predictis debere facere aut prestare maiores census aut alia maiora [...] /³⁷ [...] quam superius sunt expressa, quod illos et illa dicte Pie Elemosine faciatis et prestetis ach soluatis, presente precario /³⁸ instrumento in aliquo non obstante. Hech, igitur, omnia et singula, que et prout dicta sunt supra facio, paciscor, conuenio /³⁹ et bona fide, promitto ego, dictus procurator dicte Pie Elemosine, vobis, dicto Antonio Garau, et vestris nechnon /⁴⁰ notario infrascripto, tamquam publice et auctentice persone, hec a me, tuto nomine, pro vobis et vestris recipienti, paciscenti ach /⁴¹ etiam legitime stipulanti. Nouissime, volo quod de huiusmodi onus mali nota fiant et fieri habeant duo pub- /⁴² lica et consimilia instrumenta, quorum vnum vtrique parti nostrorum tradatur per notarium infrascriptum.

Actum est hoc in monaste- /⁴³ rio Sancti Cucuphatis Vallensis, Barchinonensis diocesis, die secunda mensis septembris, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringente- /⁴⁴ simo nonagesimo nono.

S+num fratris Galcerandis de Caldes, procuratoris predicti, qui hec, dicto nomine, laudo, /⁴⁵ concedo et firmo.

S+num Antonii Garau predicti, qui hec accepto, laudo, firmo et iuro.

(*) a meridie, in alio /⁴⁶ honore [vestro] vestri *ab un marge sclafat* etiam alodio dicte prepositure, de pertinentiis mansi vestri, Garau. Ita approbo ego, infrascriptus notarius.

/⁴⁷ Testes huius rei sunt: Benedictus Roger, parator lane Sancti Cucuphatis /⁴⁸ Vallensis, et Iacobus Toll, studens ville Modiliani.

/⁴⁹ Sig(*signe*)num Ambrosii Castell, auctoritatibus apostolica atque regia notarii publici, cuius [Barchonone], /⁵⁰ auctoritateque reuerendissimi abbatis monasterii Sancti Cucuphatis Vallensis notarii et scribe [...ifici] dicti /⁵¹ monasterii, qui hec scripsit, fecit et clausit; cum raso siue correcto, in linea XV, vbi cor- /⁵² rigitur *Villar*.

MANUSCRIT 25

1512, març, 18

Fra Guillem Figueres, prior i sagristà major del monestir de Sant Cugat del Vallès, emet carta precària a favor de Miquel Mascaró, com a detentor de l'usdefruit matrimonial, i la seva muller Isabel, com a propietària. Per

dita carta precària, mitjançant la refacció del títol perdut, els confirma la possessió útil sobre la peça de terra campa, d'unes dues quarteres i mitja de sembradura, situada a la parròquia de Sant Pere d'Octavià, al lloc anomenat "Lo Prat", sota domini dels esmentats priorat i sagristia major del monestir de Sant Cugat del Vallès.

A Original: APSCV, doc. 24. Pergamí, 257 × 245 mm.

Estat de conservació: Regular. Té un forat produït per cremades.

Not. dors.: () y sagristia major de St Cugat a Miquel Mascaro de vna pella de terra de dos corteras y mitja de sembradura.*

** Hi havia, si més no, una altra línia anterior, la qual va ser retallada.*

¹ Nouerint vniuersi quod ego, frater Guillelmus Figueres, prior et sacrista maior monasterii Sancti Cucuphatis Vallensis, ordinis Sancti Benedicti, Barchinonensis diocesis, gratis et ex certa sciencia, per me ² et meos in dicto prioratu et sacristia successores, laudo, approbo, ratifico et confirmo siue de nouo stabilio vobis, Michaeli Mascaro, paratori, ciui Barchinone, vt usufructuario constante ma- ³ trimonio inter vos et dominam Isabelem, vxorem vestram, vt proprietariam, et vobis eciam domine Isabeli, vt proprietarie, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, vobis, tamen, consimilibus et ⁴ vestrorum, totam illam peciam terre campam, seminature duarum quarteriarum et medie, parum plus vel minus, cum introhiti- bus, exitibus, iuribus et pertinenciis suis, quam vos, dicta Isabel, ⁵ habetis et possidetis, prout antecessores vestri, longissimis citra temporibus, habuerunt et possiderunt in parrochia Sancti Petri de Octouiano, in lo<co> vocato *Lo Prat*. Et ipsam tenetis, prout vestri ⁶ antecessores tenuerunt per dictos prioratum et sacristiam et me, ipsius nomine, et sub dominio et alodio eorumdem. Et terminatur [dicta] pecia \terre/, quam vobis laudo, approbo, ratifico et confirmo siue de nouo ⁷ stabilio: ab oriente, in tenedone Gasparis Cortis; a meridie, in honoribus Bernardini Vilar; ab occidente, in tenedone [.....]esa, que ibi est, mediante; et, a circio, in te- ⁸ nedone Iacobi Geraldi. Hanc, autem, laudacionem, approbacionem, ratificationem et confirmacionem siue nouam s[tabilic]ionem [facio ego dict]us frater Guillelmus Figueres, nomine dictorum priora- ⁹ tus et sacristie, vobis, dictis coniugibus, dictis nominibus, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, vobis, tamen, consimilibus et [vestrorum ...]; sicut melius dici potest et intelli<gi> ad vestrum ¹⁰ vestrorumque saluamentum et bonum eciam intellectum; sub tali, tamen, pacto, forma et condicione, quod predicta melioretis et i[n] aliquo non det[er]ioretis et quod, pro censu predictorum et omnium melioramentorum ¹¹ eiusdem, detis, faciatis, soluatis et pretestis michi et meis in dictis prioratu et sacristia successoribus decimam sp[letorum] ex dicta petia terre proueniencium ac tascam fideliter ¹² atque bene aportandam, vestris propriis missionibus et expensis, intus monasterium prefatum Sancti Cucuphatis [... ..]is neque proclametis vos vel vestri alium dominum seu dominos, ¹³ nisi tantum me et meos in dictis prioratu et sacristia successores. Liceat, tamen, vobis et vestris, post [... ..]me et meos in dictis prioratu et sacristia suc- ¹⁴ cessores fatigati fueritis, predicta, que vobis laudo, approbo, ratifico et confirmo siue de nouo stabilio, vendere aut [...vestr]is, tamen, consimilibus et vestrorum. Saluis, tamen, semper, ¹⁵ in et super predictis, que vobis laudo, approbo, ratifico et confirmo siue de nouo stabilio, decimam ac tascam predictas, fideli[ter] soluenti iureque, dominio, firma et fatica triginta dierum ¹⁶ mei et meorum in dictis prioratu et sacristia successorum. Et, saluo, inquam, laudimio siue tercio inde pro <p>redictis soluere comp[... ..] laudacione, approbacione, ratificacione et confirma- ¹⁷ cione siue noua stabilicione, dedistis et soluistis michi et confiteor me a vobis habuisse et recepisse nouem solidos monete Barchinone. Et, ideo, renunciando excepcioni peccunie non nu- ¹⁸ merate et doli mali et omni alii iuri hiis obuianti. Volens et asenciens ac concedens vobis quod huiusmodi instrumentum fit et cedat vobis et vestris, loco carte precarie siue noue ¹⁹ stabilicionis premissorum; quoniam, prout vos, dicti coniuges, asseruistis et ad Sancta Dei quatuor Euangelia iurastis, non habetis aliqua instrumenta, noua vel vetera, vobis pro pre- ²⁰ dictis titulum faciencia, neque sitis vbi sunt nech

fecistis, ex quo minora onera seu iura faceretis pro predictis; protector, tamen, et michi et meis in hiis successoribus, retineo quod, si for- /²¹ çan in futurum aperuerint aliqua instrumenta, vetera seu noua, faciencia pro premissis, quibus constaret vos seu vestri pro predicta pecia terre maiora onera debere face- re et prestare /²² dictis prioratui et sacristie seu michi, ipsius eius nomine, \quam et que superius scripta sunt, quod illa dictis prioratui et sacristie seu michi, eius nomine, / salua remaneat et illesa et vos et vestri in hiis successores ad prestacionem illorum teneamini, presenti instrumento in aliquo non obs- /²³ tante. Ceterum, volo quod de hiis fiant et fieri possint duo publica consimilia instrumenta, vim et efficaciam vnus instrumenti, tamen, habencia, quorum vnum michi, nomine dictorum prioratus et /²⁴ sacristie, et alterum vobis, dictis coniugibus, dictis nominibus, tradantur per notarium infrascriptum.

Actum est hoc, Barchinone, decima octaua mensis marcii, anno a Natiuitate Domini mil- /²⁵ lesimo quingentesimo duodecimo.

S+num fratris Guillelmi Figueres predicti, qui hec laudo, concedo et firmo.

/²⁶ Testes huius rei sunt: discretus Michael Iohannis, notarius, ciuis, et Iacobus [... ...], scriptor Bar- chinone.

/²⁷ Sig(signe)num Iacobi Sastre, auctoritate regia notarii publici Barchinone, qui hec, aliena manu scripta, clausit. Constat, de suprapositis, in lineis VI^a, vbi legitur: *terre, XXII^a: quam et que /²⁸ superius scripta sunt quod illa dictis prioratui et sacristie seu michi eius nomine*; et, de raso, in linea XII^a, vbi legitur: *autem*.

MANUSCRIT 26

1540, novembre, 27

Joan Cussó, àliàs Beart, i el seu fill Pere, de Sant Cebrià de Valldoreix, venen al seu veí Joan Canut, un censal mort de dotze sous barcelonesos anuals, per un preu de dotze lliures barceloneses. Segons l'afegitó (v. línia 65 i ss.) incorporat 35 anys després (1575, maig, 22), el rector de Valldoreix, Pere Monclús, ordena als obrers de l'església, Lluís Janer i Bartomeu Canals, que cobrin als Cussó els 12 sous anyals, 7 dels quals per a celebrar l'aniversari i 5 per a l'obra de l'església. Això ho fa en aplicació del testament de Canut de data 1558, maig, 7, quan Monclús era vicari.

A Original: APSCV, doc. 26. Pergamí, 510 × 600 mm.

Estat de conservació: Regular.

Not. dors.: Joan Canut N^o 17. Venda de censal feta per en Johan Cusso alias Beart de la parrochia de Sanct Cebria de Valldorex an en Joan Canut pages de dita parrochia y [...] censo propietat de (de) XII lliures y de pensió de XII sous los quals [...] a terme a la festa de Sanct Pere y Sanct Felix.

/¹ In Dei nomine. Nouerint vniuersi quod nos, Iohannes Cusso, alias *Beart*, parrochie Sancti Cipriani de Valldorex, diocesis Barchinone, et Petrus Cusso, alias *Beart*, dicte parrochie, eius filius, gratis et ex certa sciencia, per nos et nostros heredes et /² successores nostros quoscumque, vendimus et, ex causa vendicionis, concedimus vobis, Iohanni Canut, dicte parrochie Sancti Cipriani de Valldorex, presenti, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, instrumento, tamen, gracia redimendi mediante, duodecim solidos /³ monete Barcinone, de censuali mortuo siue censuales annuales, rendales et perpetuales, in nuda, tamen, percepcione eorumdem, hoc est, sine omni firma, faticha, laudimio, tercio et foriscapio, sed cum omni iure et cohercione eorum habendos et percipiendos, per /⁴ vos et vestros, et nobis et a bonis nostris, vide- licet, a festo Sanctorum Petri et Felicis mensis augusti proxime effluxi, ad vnum annum primo et continue venturum, et, sic, deinde, anno quolibet, in dicto vel consimili termino siue die; franchos, siquidem,

qui- /⁵ tios, liberos et immunes ab omnibus et singulis questiis, peitis, talliis, donis, seruitutibus, seruitiis, muneribus, exactionibus, regalibus et vicinalibus et aliis quibuscumque, et ab omnibus, etiam, emparis, marchiis, represaliis siue guerris et aliis quibuscumque im- /⁶ pedimentis et ab omnibus, inquam, missionibus et expensis quibuscumque. Hanc, autem, vendicionem et, ex causa huiusmodi vendicionis, concessionem facimus nos, dicti venditores, vobis, dicto Iohanni Canut, emptori predicto, et vestris et quibus volueritis, /⁷ perpetuo, de predicto censuali mortuo; sicut melius dici potest et intelligi, ad vestrum vestrorumque saluamentum et bonum, etiam, intellectum vestri et vestrorum. Promittentes vobis, dicto emptori, et vestris successoribus quod predictos duodecim solid[os cen]suales, annua- /⁸ les, rendales et perpetuales dabimus, soluemus, trademus et apportabimus seu dari, solui, tradi et apportari faciemus vobis et vestris et quibus volueritis, [loco] vestri, singulis annis, in dicto vel consimili termino siue die, intus dictam parrochiam Sancti Cipriani de /⁹ Valldorex, [... ..ne] et in hospicio habitacionis vestri et vestrorum in hiis successorum, salue pariter et secure, sine [... ..] dilacione, excusacione, excepcionem et absque omni dampno, missionibus et interesse vestri et vestrorum in hiis successorum. Et, /¹⁰ si, forsan, aliquo anno vel aliquibus annis, contigerit solucionem dicti vestri censualis mortui, in totum vel in partem, differri vel cessari vobis et vestris in hiis successoribus vltra suum terminum precontentum, et, ex hach causa seu racione vel, etiam, alias, /¹¹ occasione aliquorum aliorum supra et infra in presenti instrumento contentorum vobis et vestris forsan non seruatorum aut non completorum, opportuerit vos et vestros in hiis successoribus, in propria persona, ire aut mittere nuncium aliquem vel procuratorem vestrum seu eorum ad nos /¹² vel nostros successores aut, alias, laborare intus vel extra dictam parrochiam Sancti Cipriani de Valldorex, conuenimus et promittimus vobis, dicto emptori, et vestris in hiis successoribus quod dabimus et soluemus vobis et vestris in hiis successoribus aut ipsi nuntio seu procuratori vestro et eorum, /¹³ pro salario vestri et ipsius procuratoris, pro qualibet, scilicet, die, qua circa hec laborare seu vaccare contigerit, pro predictis vel aliquo predictorum, scilicet, intus dictam parrochiam, quinque solidos et, extra ipsam civitatem, decem solidos Barcinonenses; et, hoc, tociens quociens fieri /¹⁴ contingat; quibus quinque et decem solidis dicti salarii quotidiani solutis vel non aut, alias, [graciosse] remissis, semel aut pluries, nihilominus predicta et infrascripta, omnia et singula, rata maneant, perpetuo, atque firma et, ad eorum obseruationem omnino et efficaciter teneamur et stringa- /¹⁵ mur ach compelli possimus fortiter et districte, omni excepcionem remota. Et, vltra predictum salarium quotidianum, dabimus, soluemus et restituemus heresque et successores nostri dabunt, soluent et restituent vobis et vestris in hiis successoribus indilate omnes et singulas missiones, /¹⁶ sumptus, expensas, dampna et interesse, quas, quos et que vos et vestri successores feceritis et sustinueritis, in iudicio vel extra iudicium, occasione supra- vel infrascriptorum vobis seu ipsis non seruatorum et non completorum aut, alias, quouis modo. Super quibus, quidem, missionibus, /¹⁷ sumptibus, expensis, dampnis et interesse, credatur vobis et vestris, plano et simplici verbo, nullo alio probacionum genere requisito. Pro precio, vero, predicti censualis mortui, quod vobis vendimus, dedistis et soluistis nobis et confitemur nos a vobis habuisse et recepisse duodecim /¹⁸ libras monete Barcinone, ad forum seu racionem viginti mille solidorum pro mille solidis annue pensionis. Et, ideo, renuntiano excepcionem pecunie non numerate et non solute et precii predicti non habiti et non recepti et legi, qua subuenitur deceptis vltra dimidiam iusti precii, /¹⁹ et dolo malo et actioni in factum et omni alii iuri, racioni et consuetudini contra hec repugnantibus, donamus scienter et remittimus vobis, dicto emptori, et vestris in hiis successoribus, si quid predictum censuale mortuum, quod vobis vendimus, plus modo valet aut a modo valebit precio /²⁰ iam dicto. Insuper, conuenimus et promittimus vobis, dicto emptori, et vestris in hiis successoribus quod predictum censuale mortuum, quod vobis vendimus, tam in precio quam in pensionibus et aliis suis accessoriis, faciemus vos et vestros et quos volueritis habere, tenere, percipere et possidere /²¹ in sana pace, perpetuo, (possidere), contra omnes personas; quodque tenebimur vobis et vestris, semper, de firma et legali euictione ach legitima deffensione eorumdem ac de restitutione omnium missionum, sumptuum, expensarum, dampnorum et interesse littis et extra. Prete- /²² rea, conuenimus et promittimus vobis, dicto emptori, et vestris in hiis successoribus quod, super pre-

dictis vel infrascriptis seu eorum aliquo, non firmabimus vobis seu successoribus vestris in [... ..]bimur vobis seu vestris littem nech opponemus nec opponi faciemus, per nos vel interpositam personam, /²³ directe vel indirecte aut, alias, quouis modo, excepcionem aliquam dilatoriam solucionis nec declinatoriam fori seu peremptoriam [... ..]eductionem vel [... ..] aut negacionem iuris vel facti diffugium seu maliciam aut causam aliquam ad predicta vel /²⁴ infrascripta seu eorum aliquod contrariam vllo modo. Et quod hiis, quibus supra et inffra, renuntians, non vtetur nec vti, etiam, possimus, pe[r me] vel interpositam personam, directe vel indirecte aut, alias, quouis modo vel, etiam, quibuscumque, quibus differri aut auferri possint vobis et /²⁵ vestris in hiis successoribus predicti duodecim solidi censuales et alia in presenti instrumento contenta et specificata, nec vos nec vestri nec aliquis vicarius siue iudex ecclesiasticus vel secularis teneamini seu teneantur ista recipere vel nos aut successores nostros super hiis, aliquatenus, /²⁶ [scilicet, quin immo vobis,] cum paciscimur et consentimus quod, pro premissis et infrascriptis omnibus et singulis, possit et debeat fieri contra nos et bona nostra ad solam presentis instrumenti exhibicionem, omni, prorsus, excepcione remota, exequcio, fortiter et districte, tanquam pro debito /²⁷ in iudicio confessato, quod vim obtinet rei iudicate, per appellacionem vel, alias, non suspensa. Et, si forte contra predicta vel infrascripta faceremus vel veniremus, vllo modo, de certa sciencia, conuenimus et promittimus vobis, dicto emptori, et vestris in hiis successoribus quod dabimus et soluemus /²⁸ vobis et vestris, pro pecia, scilicet, et nomine pecie, viginti quinque solidos monete Barcinone. Que pecia tociens committatur quociens, in predictis vel infrascriptis vel eorum aliquo, fuerit contra factum. Cuius pecie, casu quo committatur due partes vobis et vestris et reliqua tertia pars /²⁹ honorabili vicario Barcinone aut alteri officiali inde exequcionem facienti, acquirantur et libere applicentur. Et ipsa pecia comissa vel non soluta vel non aut, alias, graciosse remissa, semel aut pluries, nihilominus, ad solucionem dicti censualis et ad tenendum, complendum et obseruandum /³⁰ omnia et singula, in presenti instrumento contenta et specificata, teneamur et stringamur et ad id compelli possimus, fortiter et districte, omnibus excepcionibus procul pulsus. Et, vt vobis tutius caueatur, donamus vobis in fideiussorem Nicholaum Castanyer, agricultorem, /³¹ parrochie Sancti Petri de Sancto Cucuphato, diocesis Barchinone, qui nobiscum et sine nobis firmiter teneatur de predictis per nos vobis supra promissis. Ad hec, ego, dictus Nicholaus Castanyer, acceptans sponte in me hanc fideiussionem, conuenio et promitto vobis, dicto Ioanni Canut, et vestris quod, cum dictis principalibus meis et sine ipsis, tenebor vobis et vestris de predictis per dictos principales meos vobis supra promissis. Et, pro predictis et inffrascriptis omnibus et singulis complendis et firmiter attendendis, tenendis et obseruandis, tam nos, dicti principes, quam fideiussor, obligamus vobis et vestris in hiis successoribus omnia et singula bona nostra et cuiuslibet nostrum, in solidum, mobilia et immobilia, habita vbique et habenda. Renuntiamus, quantum ad hec, beneficio nouarum constitucionum et diuidendarum actionum et epistule diui Adri- /³⁴ ani et consuetudini Barcinone, loquenti de duobus vel de pluribus in solidum se obligantibus. Renuntiamus, etiam, legi siue iuri dicenti: *penam quantitatem sortis excedere non /³⁵ posse*; et alii dicenti quod *pena semel exacta, amplius peti seu exhigi non possit*, et consuetudini Barcinone, si que sit, que prohibeat penam dari et solui ac restitutionem omnium missionum, sumptuum, dampnorum et interesse fieri necnon spaciis decem dierum [quatuor] /³⁶ et sex mensium et omni priuilegio elongacionis prouisionis super redimenti guidatici et gracie, obtento vel obtinendo, emanato vel emanando, concesso vel concedendo, a domino rege vel a domina regina eorumque liberis, gubernatoribus, loca tenentibus seu procuratoribus aut officialibus vel [quauisc]umque alia persona, ecclesiastica vel seculari, minima vel excelsa, de talibus potestatem habente vel habitura, [vbi, etiam, ipsum] priuilegium concessum sit vel concederetur in posterum, ex mera liberalitate vel motu proprio concessoris. Et, siue generaliter siue /³⁸ [... ..] racione vel fauore [... ..] legacionis aut insu[...] gencium extraneorum et sine causa vel fauore aut vtilitate reipublice seu, alias, quibuscumque aliis racionibus siue causis, eciam, maioribus, grauioribus et durio- /³⁹ [ribus] expres]atis. Et, sub quacumque forma seu expressione verborum. Renuntiamus, etiam, omni firme iuris omnisque libelli oblacioni, litis contestacioni, indicis assignacioni et eius officio et beneficio et omnibus appellacionibus, reclamacionibus,

nullitatibus, an- /⁴⁰ [... ...] efficiis, excepcionibus et deffensionibus, quibus contra predicta vel infrascripta seu eorum aliquod, possemus facere vel venire aut in aliquo nos iuuare. Renuntio ego, dictus fideiussor, legi siue iuri dicenti quod *prius conueniatur principalis quam fideiussor*. Renuntia- /⁴¹ [mus] omnes superius nominati foro nostro proprio et ipsius fori priuilegio, quo, etsi ac vbi forum honorabilis vicarii Barcinone et eius curie, possemus in aliquo declinare. Et supponimus et submittimus, quantum ad hec, foro et iurisdictioni, districtui, compulsui et exe- /⁴² [qutioni] honorabilis vicarii Barcinone et eius curie ac illius officialis, iudiciis et curie, coram quo seu quibus nos et bona nostra et cuiuslibet Nostrum in solidum volueritis conuenire, in quem vicarium Barcinone et eius curiam aliosque oficiales, iudices et curias /⁴³ [... ...] seu quibus, vt prefertur, nos et bona nostra volueritis conuenire pro predictis, vt in iudices nostros consentimus eorumque iurisdictionem in nos et bona nostra et cuiuslibet nostrum in solidum prorrogamus, de certa sciencia et consulte. Renuntiamus, etiam, quantum /⁴⁴ [ad hec ... si] conuenerit [ff.], de iurisdictione omnium iudicum et iuri reuocandi domum. Renuntiamus, etiam, omnibus aliis iuribus, legibus, auxiliis et beneficiis, foris, vsibus, vsaticis, vsanciis, consuetudinibus et constitutionibus predictis obuiam venientibus quouis modo. /⁴⁵ [Hanc, qui]dem, generalem renuntiationem et ea, quibus generaliter renuntiamus, que proinde haberi volumus, ac si in presenti instrumento continerentur specialiter et distincte. Renuntiamus, etiam, cuius iuri, per quod possit ipsa generalis renuntiacio impugnari. Et est sciendum /⁴⁶ [quod di]ctum censuale mortuum, salaria, missiones ac penam et omnia et singula, in predicto instrumento contenta, scribimus et, sub pena tercii, soluere promittimus vobis, dicto emptori, et vestris, in libro terciorum curie honorabilis vicarii Barcinone; obligando, proinde, personas nostras, /⁴⁷ [omn]ia et singula bona nostra et cuiuslibet nostrum in solidum, mobilia et immobilia, habita vbique et habenda. Volentes et expresse consencientes quod, per hoch instrumentum prefate scripture tercii vel, e conuerso, nullum fi[at] nec fieri possit seu presumatur preiudicium /⁴⁸ [a]liquod, nouacio seu derogacio aliqualis, tacite vel expresse. Immo, vtraque caucio et obligacio sit et remaneat in suis pleno robore et valore et vna alteri accrescat et consolidetur et vna per alteram validetur et confirmetur. Et vos, dictus emptor, et vestri possitis /⁴⁹ et possint ipsis ambabus caucionibus et obligacionibus et earum vtraque et illa ex eis, quam malueritis, libere vti et pro libito semel et pluries variare, dum de predictis omnibus et singulis aliquid debeat. Et, vt predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate, /⁵⁰ no vi nec dolo, sed sponte, iuramus, nos omnes superius nominati, in animas nostras, per Dominum Deum et eius Sancta quatuor Euangelia, manibus nostris corporaliter tacta, predicta omnia et singula attendere et complere, tenere et obseruare et in nullo contra fa- /⁵¹ cere vel venire, aliquo iure, causa vel, etiam, racione. Hec, igitur, que et prout dicta sunt supra, facimus, paciscimur, conuenimus et promittimus nos, dicti Iohannes Cusso et Petrus Cusso, principales, et Nicholaus Castanyer, fideiussor, per nos et nostros quoscumque, vobis, dicto /⁵² Ioanni Canut, emptori predicto, et vestris notarioque infrascripto, tanquam publice persone, pro vobis et pro aliis, etiam, personis omnibus et singulis, quarum interest et intererit, recipienti et paciscenti ac, etiam, legitime stipulanti.

Actum est hoc Barcinone, die vigesima /⁵³ septima mensis nouembris, anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo quadragésimo.

S++na Ioannis Cusso, alias *Beart*, et Petri Cusso, eius filii, principalium predictorum, qui hec laudamus, firmamus et iuramus.

S+num Nicholai Castenyer, fide- /⁵⁴ iussoris predicti, qui hec laudo, firmo et iuro.

/⁵⁵ Testes huius rei sunt: honorabilis Iohannes Fortuny, mercator, ciuis, et Michael Ballester, scriptor, habitator Barcinone.

/⁵⁶ Sig(*signe*)num Benedicti Iohannis, regia auctoritate notarii publici Barchinone, qui hec scribi fecit et clausit; constat de litteris rasis et correctis, in lineis IIII: *et sich deinde, anno quolibet, XXXXII: ac illius officialis*.

/⁵⁷ Sit omnibus notum quod nos, Iohannes Cusso, alias *Beart*, agricultor, parrochie Sancti Cipriani de Valldorex, diocesis Barchinone, et Petrus Cusso, alias *Beart*, eius filius, dicte parrochie, confitemur et re-

cognoscimus vobis, Iohanni Canut, agricultori, dicte parrochie Sanctri Cipriani de Vall- /⁵⁸ dorex, presenti, quod dedistis et solulistis nobis, bene et plenarie, ad nostram omnimodam voluntatem, numerando, omnes illas duodecim libras monete Barcinone, pro quibus siue quarum precio vendidimus vobis et vestris et quibus volueritis, perpetuo, instrumento, tamen, gracia redimendi /⁵⁹ mediante, duodecim solidos monete Barcinone, de censuali mortuo siue censuales annuales, rendales et perpetuales, vulgariter nuncuparos, in nuda, tamen, percepcione eorumdem, hoch est, sine omni firma et fathica, laudimio, tercio et foriscapio, sed cum omni iure et cohercione habendi /⁶⁰ et percipiendi eosdem, habendos et percipiendos, per vos et vestros, a nobis et a bonis nostris et vtriusque nostrum in solidum, videlicet, a festo Sanctorum Petri et Felicis mensis augusti proxime fluxi, ad vnum annum primo et continue venturum et, sic, deinde, anno quolibet, in dicto vel /⁶¹ consimili termino siue die, prout de ipsa vendicione dicti censualis, in qua hech et alia lacius exarantur, plene constat, instrumento recepto apud Benedictum Ioannem, notarium publicum Barcinone infrascriptum, die presenti et subscripta. Et, ideo, renuntiando excepcioni pecunie non nume- /⁶² rate et non solute et dolo malo et actioni in factum et omni alii iuri, rationi et consuetudini contra hech repugnantibus, facio vobis, de predictis duodecim libris, presentem apocham de soluto, in testimonium premissorum.

Actum est hoch Barcinone, die vigesima septima mensis /⁶³ nouembris, anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo quadragésimo.

S+++na Iohannis Cusso, alias *Beart*, et Petri Cusso, eius filii, predictorum, qui hec laudamus et firmamus.

/⁶⁴ Testes huius rei sunt: honorabilis Iohannes Fortuny, mercator, cuius, et Michael Ballester, escriptor, habitator Barchinone.

/⁶⁵ Sig(*signe*)num Benedicti Iohannis, regia auctoritate notarii publici Barchinone, qui hec scribi fecit et clausit.

A l'alçada d'aquesta mateixa línia 65, al racó inferior dret, s'afegí posteriorment, en tinta diferent i pitjor cal·ligrafia, aquest text, a la transcripció del qual s'incorporen dos signes nous –“|” i “...”- a fi de fer-lo més entenedor: /⁶⁵ La present carta fonc donada als senyer en Lluís Janer y Berthomeu /⁶⁶ Canals| hobrès de la sglesia de Valldoreix| a XXII de maig MDLXXV| com costa ab /⁶⁷ acte rebut dit dia y any en poder de M^o Pere Monclus prauere y rector de dita /⁶⁸ sglesia lo qual donaren lo senyer en Christofol Llunell gendre del susdit Joan /⁶⁹ Canut y madona Margarida Canuda muller relictia del sobredit Joan quondam| perque dits obrès| de aquell dia en auant| tingan carrech de lle- /⁷⁰ uar y exegir de dits Cusso dits XII sous y de aquells fasan dir y celebrar /⁷¹ vn aniuersari en dita sglesia de Valldoreix de set sous y los restans sinch /⁷² sous deixa dit quondam de caritat a la obra de dita sglesia de Valldoreix axi /⁷³ com costa ab son ultim testament que dit quondam fèu i ordenä en poder /⁷⁴ de M^o Pere Monclus prauere (cancel·lat: rector de) lauös vicari de Valldoreix a set /⁷⁵ de maig MDLVIII prout costa llargament ab dict testament predict.

MANUSCRIT 27

1597, febrer, 27

Pere Cassanyes, sabater, habitant a Martorell, nascut a Fraxanet Sogardones, de França, fill de Pere Cassanyes, sabater, de dit lloc de França, difunt, ordena testament, elegint com a marmessors els fills Joan Cassanyes i Jerònima, muller del boter Joan Mensa. Institueix hereu universal el fill Joan o, en el seu defecte i per aquest ordre, la filla Jerònima o el fill Joan de Déu o, finalment, Déu nostre Senyor i la seva ànima. La data notarial és 6 anys posterior (1603, febrer, 13) i és la mateixa de publicació del testament.

A Original: APSCV, doc. 27. Pergamí, 446 × 346 mm.

Estat de conservació: Pergamí molt prim i tinta poc visible. En no poder disposar de l'original, es fa enormement difícil la seva lectura.

Not. dors.: Testament de Pere Cassanyes. 27.

¹ En nom de nostre Senyor Déu y de la gloriosa y humil Verge Maria, mare sua. Amen. Jo, Pere Cassanyes, sabater, habitant en la vila de Martorell, bisbat de Barcelona, natu- ² ral, emperò, del lloch de Fraxanet Sogardones, del bisbat de Cors, del regne de Franza, fill de Pere Cassanyes, sabater, del mateix loch de Fraxanet [Sogardones ³ Confinella], de aquell muller, tots difunts, per gràcia de Déu, fas y orden mon darrer testament e vltima voluntat [en els quals] elegesch [marmessors e de] ⁴ dit últim e darrer testament meu executors a Joan Cassanyes, vuy practicant de droguer, y Hierònima Mensa, muller de Joan Mensa, boter [en la dita vila fills] ⁵ meus, als quals y a quiscun d-ells, in solidum, don plen poder y facultat que, si a mi [em succedia] morir abans que fonc fasse ni ordene altre testament, de [... ..] ⁶ ab lo present meu testament serà ordenat y disposat,

Primerament y abans de totes coses, vull, orden y man que tots los deutes, que jo, lo die de mon òbit [...] sian pagats tots ⁷ los tors e injúries, a restitució de les quals jo seré tingut y obligat sian restituïdes y esmanades breument, simplement y sumàriament [... ..] segons [que] ⁸ ho injúries lo mostraran per cartes, albarans o altres lligítimes proues, sens estrèpit ni figura de judici, la sola veritat del fet atesa y considerada. Elegesch la sepultura ⁹ al cors meu fahedora en la sglésia parrochial de aquella parochia, hont los meus dies finiran. Prenent de mos béns, per la mia dita sepultura, misses de ters [die y cap d-any] sinch ¹⁰ lliures de moneda barcelonesa y, si alguna cosa de las dites sinc lliures y sobrerà, feta y pagada la mia dita sepultura, misses de ters die y cap d-any, vull, orden y man ¹¹ sien dites altres misses per la mia ànima y, si alguna cosa y faltarà, vull y man que, dels altres béns meus y sia fet degut complement y [feran] dels altres béns meus [... ¹² Item,] deix a quiscú de dits marmessors sinch sous. Item, deix a la dita Hierònima Mensa, filla y marmessora mia sobredita, totes aquelles cases, ab intra- ¹³ des y eixides dites y pertinències de aquelles, les quals jo, per mos certs y lligítims títols, tinch y posehesc en la vila de Martorell, en lo carrer Nou, al costat de la casa ¹⁴ [de Compte], pagès de dita vila, qui va al portal de [Sobirats], an la qual habite vuy Isach Duran, pagès, e dit llegat lo fas ab los pactes [mixtes] ¹⁵], so és, a saber, que dita Hierònima Mensa, filla mia, fasse y sia tinguda y obligada de restituir y tornar al hereu meu dauall scrit francha tota aquella ¹⁶ peça de terra, part de vinya plantada y part herma, la qual, per mos lligítims títols, possehesc prop la vinya [de ... Margarit del Pont y de la casa] ¹⁷ de Este[ller ...], mestre de cases, la qual dita Hierònima Mensa, filla mia, vuy té y posseex en penyora, per rahó de sa dot le tinch promès donar [en y] ab los Capítols ¹⁸ Matrimonials antre ella y dit Joan Mensa fermats, dia y any en aquells continguts. Si cars serà, lo que Déu no vulle, que dita Hierònima Mensa, filla mia, moria ¹⁹ quant que quant sens infant ho infants, hu ho molts, lligítims y naturals y de lligítim y carnal matrimoni procreats, en tal cars, dites cases tornen e pertenguen al dit hereu meu ²⁰ deual scrit, sens, emperò, perjudici de tot allò que dita Hierònima Mensa pot testar y disposar, conforme la donatió le tinch feta en los prop mentionats Capítols ²¹ Matrimonials. E, si moria ab infant o infants lligítims y naturals, puga dita Hierònima testar y, altement, a ses liberas voluntats, fer [... ..] dites coses ²² y sia tinguda y obligada dita Hierònima Mensa y los seus en donar y pagar tots los censos y malo[fam] dites cases. Tots los altres, emperò, béns meus, mobles, in- ²³ mobles, drets, veus, forces y actions [...], a hont se vulle que sien y a mi pertanguen y pertanyeran, hara ho en esdeuenidor, axí en lo principat de Cathelunya, com encara ²⁴ en lo regne de Fransa y en altres qualseuol parts del món, dex[....]ten a dit Joan Cassanyes, fill y marmessor meu sobredit, constituïnt al dit Joan Cassanyes a mi hereu vniuer- ²⁵ sal, si lo die de mon òbit viurà. Emperò, si lo dit Joan Cassanyes, fill meu, lo die de mon òbit no viurà o viurà y a mi hereu no serà, perquè no volrà o no porrà [ho] ²⁶ hereu serà e après morrà, quant que quant sens infant o infants, hu ho molts, de lligítim y carnal matrimoni procreats, en los dits cassos y qualseuol de

